

Reges ratione illius sint Ecclesie ipsius quasi Vasalli, & in relecto, de iureur. & plura in hac materia videbis apud Rodolphum Cuperius in repet. tex. in c. Operabat, 79. dist. 8. Res fiat modo, art. 1. Ex Consecrationis serie arguitur eorum qui consecrantur divinum insitutum, ex n. 16. usque ad 22. fol. 334. Hall. sup. citatus, cuius verba posuit Diana, addendo Marchinum de sacra Ord. tr. 2. c. 7. num. 7. iuncto c. 8.

98 Præterea hæc ratio sacre Unctionis non convincit generaliter in omnibus Regibus, quia non omnes unguuntur, sed tantum Ierosolymitanus, Francorum, Anglorum, & Siculorum; alii verò ex privilegio: ut post alios probant Challan. in Catal. gloria mundi. par. 4. confid. 31. vers. Et adverte quod sunt: & qui Reges fuerint uncti, ex Hallier refert Diana d. resol. 88. in fine: & tamen constat non solum Imperatorem, verum etiam alios Principes, imò Principum representantes Subdiaconi ministerium Summo Pontifici exhibuisse, ut Anno 1386. Luca accidit tempore Urbani VI. qui dum noctem Natalis Domini celebraret, superius Reipublicæ Magistratus tamquam Subdiaconus Epistolam cecinit, ut hæc & alia privilegia ob hanc causam concessa referat Daniel de Nobilibus d. disp. 60. n. 54. & seqq. Ex hoc inferens, non rectè ex hac unctione posse Principes omnes inter Clericos sive in Presbyterio sive in Choro sedere.

100 Patet ergo, Subdiaconatus Ordinem quem aliqui perperam Imperatoribus concesserunt, non proprie Subdiaconatum, sed militare Characterem ipsis donatum appellari, ut patet ex S. August. lib. 2. contra Epist. Parmeniani, c. 13. ubi Militiæ Characterem appellat, cuius particula regularitur in c. Quod quidam 97. 1. quest. 1. Unde in 6. Synodo Trullana c. 75. Imperatores inter Laicos connumerantur: & Nicol. I. in c. Cum ad verum, dist. 96. sic scribit: Quatenus spiritualis actio carnalibus distaret incurribus, & ideo militans Deo minime se negotiis secularibus implicaret, ac vicissim non illa rebus divinis præferre videretur, qui esset negotiis secularibus implicatus. Cu adde Zonaram & Balsamonem ibi, & in Laodicea, c. 10. Hallier d. 4. n. 18.

101 Jamque patet intellectus ad id quod D. Petrus Damianus Serm. 69. de Dedicat. scribit dicens: Quintum Sacramentum, Unctionem esse Regis: quod latissime sumpto vocabulo accipitur, non proprie: prout eandem acceptionem nominis Sacramenti repetimus apud D. Aug. lib. 2. contra Petili. c. 48. Et ita per istam unctionem Imperator, vel Rex, in aliquo gradu constituitur, & in sublimi statu collocatur, & lato modo Sacramentum dici potest, quatenus sanctificat Principem, licet in Ecclesiastica Dignitate fastigio suscipiente non constituat, ut voluit Hallier d. 4. n. 18. quem sequutus est novissimè Diana supra, qui Hallier doctum & pium vocat.

Uterius; nam si ea ratione, quia Imperator in brachio ungitur, dicta prærogativa tribueretur; soli Imperatori vel Regi competere: at omnibus Principibus superiorem non recognoscitibus congruit, ut probavimus; ergo ex vi superioris Dignitatis tribuitur, propter quam innumera privilegia concessa reperitur, que in unum congerunt Mart. Laudem. d. trakt. de Principibus, per tot. & Chall. d. p. 5. conf. 24. præcipue circa Ecclesiastica, que alius Laicis interdicitur: quomodo omnibus Laicis prohibuitur est ingredi monasteria Monialium, secundum Trid. sess. 25. de Regul. c. 5. in qua prohibitionem non comprehendunt Reges, nec Regine in Monasteria Virorum: Sanch. in Summa, l. 6. c. 16. n. 3. & c. 77. & n. 5. Suarez tom. 4. de Relig. lib. 1. c. 7. n. 5. Cuius rei est ratio, quia constitutio pœnalis non comprehendit Personas tam insignes: Diana resol. mor. p. 3. trakt. 2. ref. 67. vers. ad argumentum. Si autem scire velis cur Reges in humero & brachio, Pontifices verò in Capite ungantur? vide Barb. in Pastor. tit. 1. c. 5. n. 10. & seqq.

107 Cuius doctrinæ multa exempla reperitur: Quibus illud singulare addipulatur, quod postquam magnus ille Theodosius Imperator à S. Ambrosio animadversus quod ei non liceret inter sacros Ministros assistere, nec Templum ingredi, propter stragem Theffalonica factam, de quo est textus in c. Duo sunt, dist. 96. juncto c. Cum apud Theffaloniam, 11. q. 3. quibus iungendum est Marra de Iurisdic. p. 3.

68. n. 5. cum postea Constantinopolim peragrasset, & ibi à Neclario persuaderetur quod ei liceret cum Ministris sacris insinul stare, Respondit, contraquam ab Ambrosio veritatis Prælo edoctum fuisse, cuius auctoritatem & venerabatur, & Virum dignum quod nominaretur Episcopus recognoscebat: ut tradunt Niceph. l. 12. Hist. c. 41. Baro. tom. 4. Anno 390. pag. 260. Bellar. de offic. Princ. Christi. l. 3. ubi de Theodos. fol. 265. Barb. de Vniu. l. 1. c. 39. in princ. n. 18. & seqq. qua de re, verba Theodoretus, à quo sumpsit Baro. refert libuit, qui l. 1. Hist. c. 17. ait Vbi autem tempus postulavit ut dona sacra mensa offerret, surgit, atque non minorem lacrymarum vim quam antea effundens, in Sanctuarium ingressus est: cum vero uti solebat, obtulisset, intus prope cancellos mansit, & rursus magnus ille Ambrosius non conticuit quidem, sed locorum differentiam eum docuit; ac primum sciscitatur ei quare egeret? & cum respondisset Imperator se ex parte divini mysterii participationem significat ille primarium Diaconum, qui ei ministrabat ad loca interiora solis Sacerdotibus aditum patere, eandemque alius omnibus inaccessa: inbet utur ut exeat, & cum reliquis Laicis consistat: nam Purpura, inquit, Imperatores facit, non Sacerdotes: quam admonitionem excipit iubens fidelissimus Imperator, Respondetque se non animi confidentia ductum mansisse inter cancellos, sed hanc consuetudinem Constantinopoli didicisse; quare habuit etiam pro hac medicina gratiam. Quo peracto cum Constantinopolim adiret, & in Templo munus offerret, egrediens è loco Neclarius Episcopus Constantinopolitanus (vir bonus, sed illiteratus omnino, & alius defectibus notatus, ut adverte Baro. tom. 4. Anno Christi 381. p. 445. & 447.) rogavit Imperatorem ut inde non discederet, tunc ait Theodoretus: Imperator autem pietatis præcepta, que ab illustri illo Episcopo dicerat, etiam cum revertebat Constantinopolim, observavit; nam cum Divino quodam festo ad Templum veniret, statim ut dona sacra mensa obtulerat, exivit; atque cum Neclarius, qui id temporis illius Ecclesiæ Antistes fuit, rogare eum non maneret intus, gemens inquit, egredere tandem didicit quod inter Imperatorem intererat Episcopus, atque tandem repertus veritate Magistrum, nisi solum Ambrosium non novi Episcopum dignum eo nomine. Que verba etiam posuit Bell. ubi prox. Similiter & etiam inveniuntur in Hist. trip. art. 1. 9. à quo sumpsit, & ita decevit Conc. Tolet. Provinciale sub D. Christoph. de Rojas art. 3. c. 16. Valenz. conf. 101. n. 5. & 6. novissimè refert Daniel de Nobilibus in disp. select. disp. 60. n. 12. & n. 48. Cuius admirabilis exempli rationem multi superius dixerunt: Quid maius: Zelus Ambrosii, an obedientia Imperatoris: utrumque admiramus, & laudamus: dixit Bellar. De quo etiam Fulf. de Visti. l. 1. c. 20. n. 3. quibus rectè annectitur id quod ponderat D. Chrysothomus in Gen. c. 22. ubi loquens de obedientia Abraham, & Isaac, ita scribit: Virum admiror & suspicam iustus: forte ne spiritum Patriarche, an pueri obedientiam: qui neque reluctatus est, neque factum egredere tulit, sed cessit & obtemperavit his, que facta sunt: & sicut agnus cum silentio super altare accubuit expectans patris dexteram.

Quare ita determinatum fuit in sexta Synodo Generali, c. 68. alias 69. in Trullo, ubi dicitur: Nulli ho nium liceat, qui quidem sit in Laicorum numero, intra sacrum Altare ingredi; ab eo tamen nequaquam prohibita potestatis & auctoritate Imperatoris, quandoquid voluerit Creatori dona offerre ex antiquissima traditione: Qui Canon approbatur in Summa Concil. à Fr. Barth. Caranca Can. 68. Quod posteribus quoque: eporibus, ipsi, ex eo quod Uncti D. haberetur, permittum fuisse quotiescumque; vellet ad Altare accedere, & cum triplici cereo signari sicur & Pontifices, testatur Balsam. in d. c. 69. Unde etiam quedam minora Officia Imperatoribus & Regibus Christianis in Occidente ex concessione Summorum Pontificum, postquam solemniter consecrati sunt, permittuntur; ut de officio Subdiaconi cum Episcopus solemniter celebrat, testatur Gloss. in d. c. Palentinianus: quam communi consensu receptam affirmat Abbas in c. Per venerabilem, de elec. Card. in Clem. 1. de iure iur. unde Speculator tit. de leg. §. Nunc ostendendum, vers. 29. dum asserit Imperatorem consecratum & coronatum, nec esse Subdiaconum, nec Sacerdotem, imò nec officio Subdiaconi

comi fungi posse cum ministrat Episcopo, intelligendus est ut id quod habet ex privilegio, Officium dicatur magis proprie & ordinariè loquendo, quam Ordo; sicut Officium etiam Laicorum Missis privatis ministrantur dicitur, nec in eo pro Clerico se gerit, qui ex generali huiusmodi consuetudine ita ministrat: ut docet notavit Hall. dist. §. 4. num. 19.

111 Ex dictis inferitur, malè Daniele de Nobilibus d. q. 60. ex n. 41. docuisse, Laicos à Religiosis invitatos, posse ingredi Chorum ad standum & permanendum in Presbyterio, prout fieri consuevit cum Patris Viris, vel cum Principibus, in solemnioribus festivitibus, eisque locum in primis Sedibus post cancellos assignant, tacentibus & permittentibus Ecclesiasticis, nec contravenire huic prohibitioni, cum tantum intelligatur ut propria auctoritate id agere non liceat, ex tex. in c. 1. 2. & 3. dist. 63. & probant ab ipso relati n. 42. Unde in Concilio Provinciali Toletano Anno 1566. celebrato decretum fuit Laicos Illustres, vel Catholicæ Majestatis Consiliarios, aut ex Ordinibus militariibus posse admitti intra Chorum, dum Divina celebrantur in primis Sedibus ab Episcopo post cancellos assignatis; non tamen ut intra Clerum sedent; ex Cenedo dist. Collec. 45. in fine: unde absque Ordinis Clericalis iactura votis Magnatum eorumque Dignitatis consilium. Nam hac opinio mihi de Jure non rectè probatur, tum ex dictis, tum etiam qua respectu Militarium Ordinum, non dubitatur Equites connumerari inter Ecclesiasticos, sicque quoad eos non militat ratio. Quoad alios verò, que pugnat cum ratione decidendi Jurium supra allegatorum: neque enim ita honoratur Honorificis, sicut si soli permaneret: nec ita liberè ac honorificè possunt sacra Officia exercere: que est ratio dispositionis text. in c. Sacerdotum: tum & tertio, quia homines diversæ professionis non debent insinul convenire & sociari: quod; exemplo Imperatoris Theodosii probatur: non enim in loco, in quo ipse erat, Sacrificium Ambrosii impedièbat; & tamen ab ipso ad locum fuit Laicorum remissus, quia Purpura Reges non Sacerdotes facit: ergo non est ratio ponderata excludendi Laicos, sed alia: à nobis ponderata: quamquam hodie non ita stricte servatur: quare stante consuetudine, non auderem Laicos damnare, sicut ea cessante, ut paulò postea dicemus.

114 An autem Reges & Principes Oleo tantum sacro, vel etiam Chrismate sacro iungi fere consecrati possint? non strum non est pertractat; sed qui istam questionem curiosè inquirere volet, consulat Hallier ubi supra §. 3. ex n. 12. usque ad 17. An etiam Oleum, quo Imperatores & Reges unguuntur, sit idem ac illud quo unguuntur Sacerdotes, vel aliud aliis Exorcismis & benedictionibus consecratum? vide plures quos sequitur Barb. in Collec. ad tex. in c. unie. §. unde in veteri, num. 10. de sacro. Vni. quibus etiam Regibus Christianis olim, & nunc jus Unctionis fuerit: tradit idem Barb. de offic. & potest. Episc. alleg. 3. ex n. 9. cum seqq. vid. Hallier d. §. 3. & 4.

117 Sed licet hæc prohibitio tantis Constitutionibus roborata reperitur, tamen Consuetudine abrogata fuit, eamque dispositionem renovavit Pius V. in suo Motu proprio, qui usu ipso receptus fuit in Lusitania, ut observat Enriquez d. c. 25. v. 9. lit. E. Et sic interpretandum esse Concilium Toletanum paulò antea adductum, & ea que diximus ex Daniele de Nobilibus d. disp. 60. nu. 47. ubi est Rota hanc Consuetudinem servandam esse, dummodo quadragenaria sit, ostendit.

118 In hoc loco ponitur Altare ad sacrificandum, Templum enim est locus Altaris; Altare autem est locus ad sacrificandum, ut statim dicemus; ac proinde sine Templo potest sacrificari modò extra Altare; sine Altari autem nec in Templo licet: ut docet Bellarm. in Contra. tom. 3. de Missis, l. 1. c. 14. vers. denique idem Paulus: & dicitur quasi Altar. Ara: Fulf. de Visti. l. 1. c. 22. n. 4. Bellarm. & Tolof. statim citandi, Lot. de re benef. l. 1. c. 30. n. 6. Etique Mensa Templi ubi offertur Eucharistia Sacramentum: Barb. de uniu. l. 1. c. 7. num. 1. de quo dicitur Psal. 117. Constituite diem solemnem in conditis utque ad cornu Altaris: cuius significatio latè tradit Selva ex n. 26. quia locus Sacrificii in altum erigi solet, tum propter reverentiam, tum propter significationem, tum propter faciendam commoditatem; & ideo Altare ab altitudine dicitur, quia in elevatis locis edificiorum collocatur: quem ritum etiam à Gentilibus desumptum latè probant Bell. sup. c. 2. vers. factum argumentum: sive ab Ara, quia pura debuit esse Ara ubi victima ardebat: vel ab imprecationibus, sumpto vocabulo Græco, Ara dicitur, quia Græci precesiones Aras dicunt; de quibus omnibus Petrus Greg. Syntag. l. 2. cap. 1. num. 6. Lotter. de re benef. lib. 1. quest. 30. ex numer. 4. vel ab ardore quia ibi incense victimæ ardere solebant, & desque Corporis & sanguinis Christi appellatur ab Oprato Milevitano lib. 6. contra Parmia. Augustinus contra Faustum c. 21. formam Corporis Christi: vide plura apud Suarez. tomo 3. question. 83. artic. 5. dist. 81. section. 5. in princ.

Altare consecratum esse debet, c. Altaria, de Consecr. dist. 1. cap. 11. & 2. de Consecr. Altar. Primo, propter sacrificium Corporis & Sanguinis D. N. Jesu Christi, quod ubi offertur, exemplo Noe, Gen. 8. qui tollens de pecoribus & volucibus mundis, obtulit super Altare. Secundo, ad invocandum ibi nomen Dei, exemplo Abraham, Gen. 12. qui edificavit Altare Deo, qui apparuerat ei, & invocavit nomen Domini. Tertio, ad cantandum ibi, exemplo Ecclesiasticis cap. 17. ubi dedit illi contra inimicos potentiam, stare fecit super Altare Cantores, & in sono eorum fecit dulces modulòs: Selva ubi proxime, n. 13. 1. quod Cor nostrum significat; nam sicut Cor in homine est principaliter corporis pars, sine qua vivere non potest, ita & Altare dicitur Cor templi, tamquam locus in quo victimæ Corporis & Sanguinis Christi, tam pro vivis quam pro defunctis quotidie offertur, ex quo preces ad Deum ascendunt, qui ad cor respicit: cap. 15. quid invenisti, 14. q. 5. Selva sup. n. 135. & hac ratione Mensa Altaris, sive Tabula ipsius, non solum Ara, sed Ara facta appellatur: ut observat Azor. Infr. mor. tom. 1. lib. 10. cap. 27. quest. 1. & aliquando sumitur pro Ecclesia, ut pluribus probat Lotter. supra ex numer. 9.

Debet esse firmum & stabile: Fulf. d. c. 22. num. 6. & in consecrata Ecclesia non potest consueti, nisi ab Episcopo consecratur, cap. nullus presbyter, il. 2. de Consecr. dist. 1. Barb. de uniu. l. 1. c. 7. n. 3. & quomodo consecratur? Riccius in præci novissima, tom. 2. p. 2. refol. 101. fol. 161. & lapideum, non ligneum, c. Altaria, de Consecr. dist. 1. Exemplo illius magni Patriarchæ Jacob, qui erexit lapidem in titulum d. c. Altaria: & quia Christus per Altare significatus est Lapis excrefcens in montem, unde Lapidem quem reprobarunt edificantes, hic factus est in Caput anguli: secundum Psalmistam Psal. 117. Fulf. d. c. 22. n. 9. de quo vide D. Thomam 3. p. q. 83. art. 3. in resp. ad 5. Lot. de re benef. l. 1. c. 30. n. 20.

Totum hoc intelligendum est à tempore Silvestri Papæ, qui postquam Anno Domini 315. persecutiones Imperatoris Constantini fugiens, & in Cavernis montis Soracte latitans, ab Imperatore evocatus ipsum à lepra mundavit, & facultatem obtinuit Ecclesie edificandi: iuxta tex. in c. futuram, 12. q. 1. & alia que passim apud DD. inveniuntur, & refert Fulf. d. c. 22. in prin. Suarez tom. 3. q. 83. art. 5. dist. 81. sess. 5. versu dicendum ergo; ubi plura tradit: quibus adde Gavant. dist. 1. p. in rub. Miss. tit. 20. lit. M. ubi observat à Græcis originem habuisse, Anast. Germon. de sacror. immun. l. 3. c. 2. n. 12. ut exinde consistat falsò Novatores hæreticos nobis imputare ad novitatem Ecclesie Catholice Altare lapideum, quos latè confutat Bellar. controv. tom. 1. de ver. Dei, l. 4. c. 12. vers. veritatis causa: & remissivè Lotter. de re benef. l. 1. c. 30. n. 21. cum certissimum sit, ut diximus, S. Silvestrum omnium Pontificum primum Altaria lapidea Christianis unctione sacra in titulos exuisse; ut videte est per ea que docet Boetius antiquitatum Ecclesiasticarum c. 1. de test. num. 16. juncto comment. ad tex. in c. ult. cod. tit. numer. 9.

Verùm quia diximus Altare debere esse lapideum, causas hujus decreti scire oportet pretium erit que tum mystice, tum literales de facili inveniantur ex eo; nam cum per Al-



tor idem etiam Tonsoratus non potest privilegio Clericali gaudere, mandamus quatenus ipsi sub tonsuratione huiusmodi non molestes, dammodo nullum percipiat beneficium Ecclesiasticum, cuius ratione teneatur Clericalem deferre Tonsoratum, quia cum eum oporteat secularibus negotiis immisceri, Tonsoratus ipsius secularia exercere videretur profectio in ministerio nostri vniuersitatis redundare.

225 Major difficultas reperitur in Clerico majorum Ordinum, qui manum ad atrium mittens, & respiciens retrò, dispensationem a Sede Apostolica obtinuit, & ita legitimum matrimonium contraxit, an iste inter Clericos connumerandus sit? difficultatem præbet, quod de isto dispositionem particularem in Iure non habemus, & Character ille per Ordinem factum in anima impressus, ita est indelibilis, ut nec morte deleatur; tamen quia eo ipso quod a Sum. Pontifice dispensatur, ejus effectus omnino privatur, & quasi deponitur a statu Clericali, ut tamquam Laicus in omnibus reputetur, nec ullo privilegio gaudeat Clericali nisi per specialem dispensationem illi conservetur: teste Suarez ubi proxime. Nec mirum est, cum Clericus criminofus, postquam degradatus est, & traditus Curie seculari, tamquam unus ex Laicis puniatur Characterem non obstante: sic iste dispensatus, tamquam Laicus reputatur, cum indignus reddatur privilegiorum Clericalium, qui sponsa spirituali relicta ad sponsam carnalem accedere non erubescit, nec alius privilegii quam eis, quæ Clerici conjugati habent, gaudebit: ex Suar. d. n. 3.

227 Si vero iste Clericus, vel ille minoribus insignitus, qui cum unica, & virgine contraxerunt, vidui fiant, mortua uxore, omnia privilegia Clericorum non conjugatorum reassumunt; quia in d. c. unie. de Cleric. coniug. in 6. tantum dicitur, istos non gaudere privilegio, non verò illa amittere, ideo non perditur, sed suspensa manent dum Matrimonium durat; & verè & propriè dicitur tunc temporis Clericus: ita DD. communiter in d. c. unie. Panor. in c. Clericus, el segundo, de vita & hon. Cleric. num. 4. Covar. d. c. 3. n. 8. vers. 5. Sanchez in opere moral. lib. 2. cap. 4. dub. 53. Barbof. in Collect. ad text. in d. l. presbyteros, num. fin.

228 Ex quibus etiam quoad presentem tractatum resolvitur questio illa, videlicet an strictè & in rigore Juris Clericus conjugatus appelletur Clericus? nam quoad privilegia, exceptis reservatis in d. l. cap. 1. de Cleric. coniug. reputatur Laicus, ut vidimus: parum enim interest an sit, vel non, cum Laicus censetur; nam quotiescumque habemus effectum, non curamus de modo; & Laicum appellavit Rota apud Pennam d. l. decif. 719. num. 5. secundum Lugdunensem impressionem.

Verum quia in hac questione Communis affirmat cum Covar. d. cap. 31. num. 9. præc. quest. omnino Laicos appellari, cuius contrarium probare nititur Anguianus de legi. l. 2. controu. 24. in prin. ex num. 2. aliquantulum in hac questione immorabimur. In primis enim n. 3. ait quod audeat affirmare nullum Jus repetiri quod eos Laicos appellet, nullamque Constitutionem que tales absolutè & simpliciter & omnino nuncupet Laicos. Secundò, quia text. in d. l. c. 1. ait, eos gaudere nolumus privilegio Clericali, ergo Clerici sunt. Tertio quia isti sunt Clericali Characterem insigniti. Panor. in c. 1. de vit. & honest. Cleric. in 6. num. 6. & probat text. in c. Clericos, 21. dist. Quarto, quia prohibitio Laicorum, de qua est text. in d. l. c. 1. de vit. & hon. Cleric. standi vel sedendi, non extenditur ad Clericos conjugatos, secundum Abbat. ibi. num. 6. Joan. Andr. in c. Joannes, nota 2. de Cler. coniug. ita ut miretur Anguianus n. 4. quomodo Covar. & ceteri doctissimi Patres, inadventer in ceteris omnibus, exceptis privilegiis Clericalibus, omnino Laicos appellent.

231 Sed id admiratione dignum non est, si paulò antè à nobis dicta iterum in memoriam revocentur, præcisè non appellari Laicos; quia questio non est, an Clerici sint in rigorosa significatione, sed an tamquam Laici reputentur quoad privilegia: idque patet ex text. in d. l. c. 1. de Cleric. coniug. Præterea patet ex ipso Covar. in d. c. 31. ubi passim eos Clericos appellat: videndus in n. 8. vers. quinto potissi-

mus est annotandum, imò in num. 9. ex quo etiam carpit Anguianus, expressè declarat suam intentionem, dum dicit: quoad reliqua vero Clericorum privilegia Laicos omnino censeri. Sanchez & Barbof. supra relati, dicunt quod privilegia Clericorum non amittunt, sed tantum pro illo tempore suspenduntur; quomodo Laici pro illo etiam tempore appellantur: hæcque est Communis Doctorum, semper eos Clericos appellatum: ut per plures citatos ab eodem Barbof. in d. collect. ad text. in d. l. presbyteros, num. 4. Ad quod etiam conducit illud quod ex Suarez notavimus, quod postquam nuptias contraxit, abstractus a Clericis censetur, & tamquam Laicus reputatur: ideo Laicus appellatur: cuius distinctionem expressè agnovit Hieron. in d. can. duo, 12. q. 1. cuius verba apponere libuit, ait enim: Duo sunt genera Christianorum: est autem unum genus quod mancipatum divino officio, & deditur contemplationi & Orationi, & hoc strepitum temporalium cessare convenit: ut sunt Clerici, & Deo devoti, videlicet Conversi: & alios enim Græcè, Latine Sorores: inde huiusmodi homines vocantur Clerici, id est sorte electi: omnes enim Deus in suos elegit, in nuptias sunt Reges id est filii & alios in virtutibus regentes, & ita in Deo regnum habent: & hoc designat Corona in capite: hanc Coronam habent ab institutione Ecclesie Romanæ in signum Regni, quod in Christo spectatur. Ratio verò capitis, est temporalium omnium depositio: illi enim vultu & vestitu contenti, nullam inter se proprietatem habentes, debent habere omnia communia. Aliud verò genus est Christianorum, ut sunt Laici, & dicitur enim Græcè, est Populus Latine: his licet temporalia possidere, sed non nisi ad usum; nihil enim miserius est quam propter numerum Deum contemnere. His concessum est uxorem ducere, terram colere, inter vitum & vitum indicare, causas agere, oblationes super Altarij ponere, Decimas reddere, & ita salvari poterunt, si vitata tamen beneficiendo euitaverint. Ecce quomodo Clerici propriè dicuntur ministerio Ecclesie deputari: Laici verò illi, qui uxores ducentes, in minoribus Ordinibus antè ordinati erant, qui etiam Clerici conjugati appellantur, non tamen quoad privilegia Laici censentur, & sic rectè à Doctoribus Laici appellantur.

Unde frustra contorquetur Anguianus improbando Covar. & alios, cum omnes sint ejusdem sententiæ: nam Anguianus Clericos appellat, Covar. verò, & alij Laicos; non quia Clerici non sint, sed quia inter Laicos connumerantur, dum statum Clericalem per mortem uxoris, vel aliâ servatis Juris requisitis, iterum non reassumunt: quod magis procedit etiam in Clericis majoribus Ordinibus insignitis à Sede Apostolica dispensatis, qui licet verè, & propriè & in rigorosa significatione Clerici sint, attamen eorum privilegia suspenduntur, & dormiunt ut ita dicam, Matrimonio durante, & tamquam Laici censentur.

Patet ergo ex dictis, Clericos conjugatos de Jure non posse inter Ecclesiasticos Choro interelle tempore Divinorum, ex Communis DD. teste Franco, & Joan. Andr. citatis ab Abbate in d. c. 1. num. 6. idem tenent Sylvester ver. Clerici, el primero, quest. 6. Lessius de iust. & iur. lib. 2. cap. 16. num. 51. Imola in d. cap. 1. de vit. & hon. Cleric. num. 2. Navar. de hor. Canon. c. 18. num. 73. Suarez in defens. fidei, lib. 4. cap. 28. Et licet contrarium sequatur Abbas ibid. Joan. Andr. in cap. l. omnes, nota 2. de Cleric. coniug. Ripa in cap. 2. de iudic. num. 2. & 64. Anguian. d. l. num. 4. Quorum doctrina præterquam quod Communis DD. sententiæ adversatur, mihi etiam non probatur: nam in primis fundatur in eo, quod hoc non est privilegium Clericorum, sed ut Plallentes non impediatur, ergo Clerici conjugati non sunt expellendi à Choro, cum non sint purè Laici, imò Clerici: ut patet ex rubr. & rot. tit. de Cleric. coniug. Cui de facili responderetur quod imò potius ex hoc, nostra Communis sententiæ confirmatur: nam si prohibitio Laicorum extenditur ut Plallentes non impediatur, ergo Clerici conjugati qui relicto statu Clericali ad nuptias transierunt, & tamquam Laici vivunt, si Chorum ingrediuntur, ipsum perturbabunt, cum more Laicorum vivant, ac per consequens eorum loquacitas Chorum perturbabit; quod idem Abbas notavit paulò inferius, dum dicitur, Clericos, qui

bus permittitur est in Choro assistere, qui veniunt causa canendi Officium, & non cantant, si impediatur Plallentes, excludendos esse. Quod etiam confirmatur, quia his non tantum præcisè prohibetur ingressus in Choro quia Laici sunt, sed etiam quia sunt homines diversæ professionis, seu quædam species mixta, ut voluit Joann. Andr. ubi supra: Sed contrarium est verius, cum isti in omnibus censentur Laici, exceptis duobus privilegiis superius adductis.

237 Secundò, quia Excommunicatio lata contra Laicos, non comprehendit Clericos conjugatos, cum sit odiosa, & debeat restringi; juxta text. in cap. Statutum, de election. in 6. & illi non sunt purè Laici, sed quoddam genus, seu quædam species mixta, ut voluit Joann. Andr. ubi supra: Sed contrarium est verius, cum isti in omnibus censentur Laici, exceptis duobus privilegiis superius adductis.

238 Tertio, fortius obstat text. in cap. Si qui, 32. dist. ubi Clerici conjugati expressè præcipitur Psalmos decantare, ut patet ibi, & sub Ecclesiastica Regula sunt tenendi, ut bonis moribus vivant, & canendis Psalmis invigilent; ergo non solum à Choro non sunt expellendi, verum in ipsum sunt introducendi, & admittendi. Sed responderetur ad averendas iniquum fabularum narrationes in Ecclesia tam Græca, quam Latina, quandoque permittitur esse non solum Cleris verum etiam Laicis in Ecclesia Psalmos decantare, ut expressè probat S. Casareus, ut constat ex illius Vita quam scripsit Cyprianus Presbyter, ibi: Voluit verò atque etiam compulsi Laicos & populares homines Psalmos & hymnos promere, atque & modulata voce instar Clericorum, alios Græcè, alios Latine, Profas & Antiphonas decantare, ne illis spatium suppeteret ad fabulas in Ecclesia effundendas. Unde hic cautus non in Choro præcipitur, sed in Ecclesia Laicis jubetur, ad iniquum fabularum narrationes in ea effundendas: quod notavit Novar. ubi supra d. num. 38. Et notari debet quod text. in d. cap. Si qui, Cantum Laicorum non permittit in Choro, sed in Ecclesia: quare textus ille nihil ad nostrum propositum conducit, nec quidem nostræ Communis opinioni adversatur, & ideo magis ab Abbate istæ text. pro sua opinione adducitur; dicente quod permittitur eis cantare cum Clericis.

241 Hoc autem totum intelligerem de modo plallendi extra tempus quo Clerici divina Officia persolvunt, quia hoc est contra dispositionem Concilii Moguntini cap. 53. quod an habeat locum in plallentibus in eodem Choro, an verò in una Ecclesia? non resolvit Rota apud Post. decif. 550. post trakt. de manut. Casu tamen quo talis confuetudo daretur, manutentibilis esset, ut per Rotam allegatam, juncta decif. 593. ex num. 4. Si verò privilegia Clericorum conjugatorum de Jure novo scire cupias? vide optimè Marium Cultellum de Præfca & recenti Ecclesie libertate, libro 2. quest. 52.

244 Ab ista tamen prohibitione excipiuntur Laici Nobiles, qui titulos sunt Illustris, vel Catholice Majestatis Consiliarii, ut ex Militariis Ordinibus, qui admitti possunt ex decreto Concilii Toletani celebrati Anno 1566. art. 3. §. 15. vers. Hic vero. Cuius meminit Cenedo d. Collect. 45. ad Decret. num. fin. ita intelligens, in hi nequaquam inter Clericos commisceantur, neque cum ipsis sedere liceat: ex decreto sacre Congreg. Rituum in una Compofell. 21. Febr. 1604. & in Granat. 24. Octob. 1609. quas referunt Sellius in select. Canon. cap. 11. numer. 41. Barbof. decif. Apost. Collect. 442. numer. 3. Sed in primis sedibus post cancellos collocentur, quia hoc modo perturbatio plallendi per Laicos tollitur, & distinctioni personarum aliquantulum confutitur.

246 Dubitari etiam non immeritò poterit, quid in omnibus Equitibus Ordinum Militarium procedat: In qua questione, quia iustum non est circa omnia Librum componere, tres differentes Equitum considero. Alii sunt Equites S. Joannis, alii sancti Jacobi Alcantaræ, vel Calatravæ, Montefis in Valentia, qui in Hispania præcipue inveniuntur; Alii denique aliorum Ordinum, veluti S. Michaelis in Francia, de Christo in Portugallia, S. Stephani in Florentia, S. Lazari in Italia: in quibus quatuor reperitur

sententiæ: Prima est, hos Milites Cruciferos in saculo viventes, qui vel sunt uxorati, vel nubere possunt, non esse perfectè Religiosos, sed secundum quid & improprie; Joannis Jerosolymitani exceptis, qui verè tria substantia Religiosis vota emittunt, atque adeò verè & propriè Religiosi censentur, neque matrimonium contrahere possunt; ut innumeris probat Carnevalius disput. Jur. lib. 1. disput. 2. qu. 6. sect. 3. num. 413. Secunda est, esse personas Ecclesiasticas, ut probant relati ab eodem n. 414. Tertia omnino pugnat, docens esse verè Religiosos, ut probant innumeri apud eundem n. 415. Quarta denique conciliat præcedentes, dicendo quod questio ista magis est in nomine quam in re: nam si questio versatur circa modum videndi in Communi, prout Monachi: ipsi non sunt verè Religiosi: si verò circa vota substantia Religiosis, licet dispensata, Religiosi sunt, cum obedientiam Magistro voveant, Castitatem Conjugalem promittant, & paupertatem, nihil proprium sine licentia Magistrum habentes; cum qua opinione tranfit Carnevalius n. 416. Tamen ad nostrum intentum omittis pluribus, que longè disputat Carnevalius, quem ubi casus se offerret, omnino video. Quoad primos nempe S. Joannis Jerosolymitani, certum est esse Religiosos verè & realiter, atque inter personas Ecclesiasticas connumerandos, Bobad. latè in Polit. lib. 2. c. 19. ex n. 10. Sanctius in select. disput. 49. num. 10. Diana resol. mor. pag. 3. tract. 2. resol. 30. & p. 4. tract. 1. resol. 86. ubi plures citat, & DD. communiter ita sentiunt. De aliis verò Hispaniæ, id est Calatravæ, Montefis, & Alcantaræ, plures existimantur esse Religiosos, ut videre est per supra citatos: verum relicti pluribus apud ipsos contractum tenentibus, largo modo vocantur Religiosi, cum in Castitate rigorosa non vivant, & paupertatem non observent, sed in omnes usus etiam profanos, non solum bona Patrimonialia, verum etiam redditus Commendarum expendunt: Sanchez in Summa to. 2. lib. 7. cap. 8. num. 30. Hurrad. in 2. tom. 2. disp. 160. sect. 7. §. 119. & 120. latè Diana p. 2. tract. 1. resol. 14. De tertii generis Militibus, est major difficultas: nam est magna dissensio inter DD. an eorum privilegia localia sint, necne? & plures censuerunt localia esse: ut videre est per ea que latè tradit Bobad. d. lib. 2. c. 19. ex n. 18. cum seqq. Villadiego in Polit. c. 5. n. 116. & seq. Sed contrarium sententiam tamquam magis communem, & Bullis Pontificis probatam tradunt plures, quos sequitur Diana p. 1. tract. 2. resol. 30. & d. p. 4. tract. 1. resol. 86.

Unde resoluendo nostram questionem, dico quòd Primos S. Joannis admittentem; Secundos verò in primis sedibus post Cancellos ex Concilio & DD. supra relatis collocarem; Tertios verò sub distinctione personarum tractarem; ita ut si Nobiles essent, illos in istem sedibus collocarem, sin autem ignobiles, nequaquam: à qua Regula exciperem illos Equites, quorum Ordo à Sede Apostolica non est approbatus: ut sunt Aurei Velleris, S. Michaelis, Annuntiationis B. Virginis: idemque de Militibus Garteriorum, & de illis vulgò dictis de la Vanda sentio, de quibus omnibus Diana d. p. 4. tract. 1. resol. 36. quorum ratio est, quia Primi sunt verè & propriè Ecclesiastici: Secundi vel sunt Laici, vel tamquam Laici connumerantur circa silentium in Choro, & sunt homines saltem diversæ professionis, cum uxorati sint: Tertii verò Laici abique dubio censentur: Ultimi verò exceptuati dubitationem non admittunt, cum eorum Ordo à Sede Apostolica approbatus non fuerit; ut ex DD. superius allegatis satis constare videatur. Quæ omnia procedere putaverim, licet ii Milites non reputentur Laici, sed Personæ Religiosæ, & gaudeant privilegio Clericorum, præcipue fortè & Canonis; ex pluribus adductis à Valenz. d. conf. 101. ex num. 12. nam ut ipsi asserit numer. 162. auctoritate Concilii Provinc. Toler. 25. Martii 1566. cap. 15. act. 3. Personis Illustris, Titularis, Consiliariis Regis, & Militibus Ordinum permittitur sedere in primis sedibus post cancellos. Ad idem videndus Sandoval tract. de Offic. Eccles. part. 4. cap. 10. pag. 126. ex eo quia quasi sunt extra Chorum, & cum nullus inter Plallentes intermediet, Ecclesia consequitur finem sibi propositum.



verbo in Choro: Brunus de Ceremoniis lib. 5. c. 2. Daniel de Nobilibus dicit. num. 27. unde hoc totum secundum morem cuiusque Regionis observatur. Alibi enim Presbyterium à 183 Choro realiter non distinguitur, sed solum paucis gradibus: alibi duo sunt Chori, unus retro Altare majus, alius 186 verò ante ipsum Altare, de quo Lucae in Cathedrali extat exemplum: & vide Daniele de Nobilibus num. 3. t. Chorus enim institutus est ad psallendum cum hymnis & canticis, ut nomen Dei reverenter invocetur, pariterque devotè laudetur: Conc. Trid. sess. 24. de refo. c. 12. §. Omnis vero: Fusc. d. num. 2. Steph. Gratian. discep. 270. n. 56. Coccinius dec. 179. nu. 3. quæ etiam est decis. 78. in recen. Farin. 188 p. 1. unde mos alternatim Psalmos canendi à principio Ecclesie inolevit. Nam præterquam quod illud desumitur ex Concil. Mogunt. de quo in d. cap. 1. de vita & honest. Cleric. & Turon. 2. cap. 4. relato in c. Sacerdotum, de consec. dist. 2. illum B. Ignatius qui post beatum Petrum tertius Antiochene Ecclesie Antistes fuit, fieri præcepit; Selva, Duran, & Fusc. ubi proxime notantes id factum fuisse ad imitationem Angelorum & Spirituum cælestium laudantium Deum quasi reciproca voluntate: licet alii velint à Flaviano & Diodoro id institutum: de quo vide Hyst. trip. l. 5. c. 12. & Rotam d. dec. 197. n. 3. sed ipsos à B. Ignatio divini hunc morem fuisse edoctos sentit Selva d. nu. 44. qui in Orientales Ecclesias propagatus est, Spino in spec. testam. glo. 3. in princ. numer. 66. Et in Occidentali Ecclesia primus eum auctoritate S. Damasi Mediolani instituit S. Ambrosius, Barb. cum pluribus in Collec. ad tex. in c. Dolentes, de celeb. Miss. n. 14. quem modum psallendi Deo gratissimum quando ut patet est adimpletur, miraculo comprobavit ipse Dominus, quando S. Paulo Eremitæ, cui Corvus dimidium panem quotidie afferebat, cum quadam die multa de Regno Dei cum S. Antonio Abbate colloqueretur, & in gratiarum actione ambo permaneret, sumptoque cibo tantisper recrearentur, & iterum divinis laudibus noctu diuque vacarent, Corvus ille integrum panem obtulit: ut notavit Fuscus.

190 Qui Ritus adeo antiquus existit, ut etiam credamus à tempore Apostolorum originem duxisse: nam ipsi in duas partes divisi Psalmos cantabant: teste Niceph. l. 13. c. 8. Grat. discep. 270. n. 59. & de illa origine & ejus antiquitate expressè fit mentio in Conc. Tolet. Anno 1566. art. 3. c. 5. fol. 61. sub D. Christoph. de Rojas Archiepiscopo celebrato.

191 In medio Chori Sedes Episcopi collocatur, quæ denotat Cathedralitatem: Conc. dec. 142. n. 2. Lott. de re benef. lib. 1. q. 1. n. 37. Daniel de Nobilibus d. disp. 60. n. 3. & potest esse marmorea, vel lignea, ex Rota apud Cocc. d. decis. 142. n. 3. vers. non obstat: quæ nihil ponit ad hoc ut dignior pars Ecclesie dicatur, quia non deservit pro functionibus Episcopalibus, sicut illa quæ in Presbyterio ponitur; ideòque signum est Cathedralis Ecclesie, non verò Pontificalis officii prout in exercitio: ut ex Rota allegata resoluit Lott. ex n. 37. In medio autem ideo Sedes Episcopi ponitur, quia in medio stare, majoris est honoris & dignitatis: ex Luca de Penna in l. quisquis, C. de Præf. Prætor. l. 12. Chaffan. in Catal. gl. mun. p. 1. conf. 13. & p. 4. conf. 75. Lott. de re benef. lib. 1. q. 16. n. 4. observat Daniel de Nobilibus in disp. select. tom. 2. disp. 6. n. 18. quæ aliter debet esse, & in thronizata, ex decreto Conc. Gang. 4. c. 35. juncto tex. in c. Episcopus, d. dist. 95. ut Populum custodiat, omnesque conspiciat, & illi sicut Vitori aliorum locis est pro vinea custodienda: Barb. de Potest. Episc. tit. 1. c. 5. num. 20. Daniel de Nobilibus ubi prox. num. 22. Quare autem velo serico ornatur? propositi Antonius Riccius lucubr. Ecclesiast. l. 1. c. 6. n. 4. in summario, & Indice; in corpore tamen deleta reperitur ratio, quam tu cogita.

195 Ex quibus clarè deducitur, locum hunc proprium esse Clericorum, & non Laicorum ex text. in d. c. 1. de vita & honest. Cleric. ubi Glof. & DD. facit tex. in c. In nona actione, 16. q. 7. & in d. can. Sacerdotum: & expressè prohibetur à S. Petro: ut constat ex S. Clem. Episc. l. ad Jacobum fratrem Domini. Et de Jure Hispano idem constat, ex l. 1. tit. 11. part. 1. cujus verba sunt: No deven los Legos estar con los Clerigos en el Choro, quando se dicen las Horas, mayormente la

Missæ, porque se puedan dezir sin embargo, y con mayor devocion. Quod idem Romani Pontifices prohibuerunt, ut videtur est per decretum Leon. IV. de quo testatur Platina in ejus vita: & Pii V. de quo mentionem facit Navarr. de horis Can. 6. 18. ex nu. 72. & extat circa hoc dispositio Conc. Mediolan. l. sub tit. Communia de ratione divini. Offic. 10. 5. Conc. editionis novæ pag. 235. Mediol. 4. p. 4. tit. de Procession. pag. 654. de qua prohibitione videndus Valenz. dicit. conf. 101. ex num. 4.

Ad idem videnda est Bulla 6. Pij II. quæ incipit, Cum servare. Et reperitur in Bullario tom. 1. fol. 116. & novissimè Paulus V. Anno 1615. die 9. Octobris id ipsum declaravit in causa occurrenti in Ecclesia Metropolitana Granatensi, cum præterderet D. Feidinandus del Pulgar ad ipsum, & ejus Majoratum spectare, locum habere in Choro ipsius Ecclesie inter Præbendatos, virtute privilegii Caroli V. Imperatoris & Hispaniarum Regis, ab ipsa Ecclesia recepti, & longa possessione acquisiti, & à Senatu Regio manentis. Quibus non obstantibus, Ecclesia reclamavit & obtinuit. Ad idem videndus Fr. Bartholomæus Carranza in sum. Concil. in dicit. c. 68. 6. Synodi Generalis, ubi summam ita: Laici non ingrediuntur Chorum, Guiliel. Dur. in Ration. d. l. 1. c. 1. n. 18. Fusc. d. l. 1. c. 20. n. 3. D. Anton. in sum. 3. p. tit. 12. c. 3. in prin. & c. 7. §. 3. Lott. d. n. 36. DD. relati à Barbos. & Cenedo in Collec. ad tex. in d. c. 1. de vita & hon. Cleric. & facit testimonium de S. Ambrosio & Theodosio, de quo infra dicemus, & sæpius sacra Congregatio declarat, ut videtur est per ea quæ tradit Barbos. de Can. c. 34. nu. 22. & decis. Apst. Collec. 342. ex n. 1. usque ad 5.

Unde licet antiquitus in Choris masculi cum feminis simul canerent, quod fiebat ut ea occupatione mulieribus loquacitas comprimeretur, S. Ildorus Pelusiota l. 1. Epist. 90. ait: Importunas in Ecclesia loquacitates Domini Apostoli comprimeret in Ecclesiis studentes, modestie, atque gravitatis Magistros sese nobis præbentes, ut mulieres in ipsis canentibus sapienti consilio permisissent. Sequitur Novatinus in schediast. sacro. prof. lib. 1. c. 8. nu. 38. Id tamen maxima cum ratione sublatum fuit: de quo vide Marcellum Donatum ad Suetonium Tranquillum, in Cesar. Aug. c. 70. fol. 40. Gratian. discep. 270. n. 59. Benedic. Capra in Clem. cum ratione, de elect. n. 29. Et ideo duplicia Monasteria prohibita fuerunt in 7. Synodo, c. 20. de quo adest tex. in c. desimus, 18. q. 2. Benedic. Capra d. n. 29. Nec mirum, quia si hominibus diversæ professionis in simul convenire prohibetur, ut supra probavimus, & infra dicemus; quanto magis mulieribus prohibendum est, quarum societas ad libidinem accendit; & ideo matres in Australi parte, femine verò in Boreali, in Ecclesia collocabantur: Selva d. p. 5. n. 57. Ex quibus satis clarè colligitur, inter psallentes & canentes nullum debere misceri ad tale ministerium non destinatum: Sozom. lib. 7. Hyst. Eccles. cap. 24. Siman. de dignit. Episcop. cap. 12. Sarmien. l. 7. select. interp. c. 17. Valenz. d. con. 101. n. 6. in fine.

Cujus rei prohibitio tanta erat, ut antiquitus etiam diverso modo statuta esset Communio Clericorum & Laicorum in Altari enim, soli Ministri sacri communicabant, ut patet ex Conc. Laodiceo. cap. 19. 20. & 21. Agathen. c. 65. & 66. cujus particula registratur in c. non oportet, el primo, dist. 93. Idem statuitur in Conc. Bracaren. l. c. 13. ubi Archiepiscopus Toletanus Loayla in annot. ad Conc. Hispan. ad hoc Conc. d. c. 13. ait Sacerdotibus & Levitis datur Communio ante Altare, Clero in Choro, Populo extra Chorum. Ex quibus Conc. Tolet. 4. cap. 18. ait: Hinc à locorum divisione vocatur Laica Communio; & ibi: eo videlicet ordine, ut Sacerdos & Levita ante Altare communicent, in Choro Clerus, extra Chorum Populus. Et de hujus Communione divisione, videndi sunt Santes de Euchar. repe. 10. Durant. de ritib. Eccl. lib. 2. c. 55. n. 7. & 8. Loayla in Annot. ad Conc. Illerd. den. c. 13. Mendozia de confirmat. Concil. Aliberi. ad can. 76. lib. 2. c. 76.

In cujus consequentiam, Clerici, qui propter eorum excessus capitaliter puniri debebant, ab Ecclesiastica communione abceantur, & Laica eis permittebatur: ut in Conc. Agathe. 50. statum fuit de quo est tex. in c. Si Episc. 50. dist. Sici-

Syricius Papa Episc. l. c. 11. relatus in c. Quisquis, dist. 84. c. Tegaladum, 11. q. 3. quod ex Conc. Carthag. desumptum est: optimus tex. in c. Osius Episcopus, de elect. qui ex Conc. Sardic. desumptus fuit: Cujus etiam pænæ mentio fit, & ea statuitur in Conc. Tolet. 4. c. 14. Illiberitano c. 76. Aurelian. c. 2. Tolet. 1. c. 14. quæ etiam Communio Peregrina appellatur: de qua, & ejus pænæ extant tex. in c. contumaces, dist. 50. c. Clerici, 13. q. 2. idque probant Loayla, Duran, & Mendos. supra relati.

204 Postea verò Laici permilla fuit sacre mensæ participatio in Presbyterio: per tex. in d. c. 1. de vit. & hon. Cleric. ubi Abbas num. 3. Panvinus de visit. part. 2. quest. 8. num. 36. ubi testatur de more communicandi Laicorum & feminarum: Lott. n. 26.

205 Quod duplici ratione institutum fuit. Prima, ne homines diversæ professionis coadunarentur: quod prohibuitur erat ex dispositione tex. in d. c. Sacerdotum, & Can. in nona actione, 16. q. 7. cum supra relatis: quibus adde tex. in Clem. 1. de elect. Gratian. discep. 270. numer. 62. Rota apud Ludovici Montif. 101. numer. 1. cum ratio abhorreat in unitate difformitatem & diversitatem, quia unum in essentia, debet esse unum in apparenia & forma exteriori: c. Deus quis, de vit. & honest. Cleric. vide plura per Benedic. Capram in repet. tex. in Clem. cum ratione, quæ est l. 1. de elect. 207 Secunda ratio est, quia Laici, quando interfunt, confabulantur, & devotionem impediunt: de quo vide latè Barbos. in Collec. ad tex. in d. cap. 1. n. 3. Navar. de Oratione, c. 18. ex n. 72.

208 Ex quibus de facili resoluitur questio, an prohibitio Laici sacra assistendi in Choro Cathedralium, quia diversæ professionis homines sunt, extendatur ad Monachos in Ecclesiis Cathedralibus Regularibus, in quibus Canonici secularis & Monachi Regulares assistunt, ut in Ecclesia Metropolitana Montif. Regularis in Sicilia? In qua Rota in una Montif. Regularis hirsuditionis, 5. Julii 1604. coram Coccin. quæ est 197. eiusdem, & etiam est decisio 84. Farinac. in recen. p. 1. quam sequitur Gratian. d. discep. 270. n. 62. resolvit non repugnare Juri Canonico, Clericos seculares unà cum Regularibus divina Officia solemniter celebrare, cum ad hoc rigorose non possint dici homines diversæ professionis: Anchat. in cap. 1. de celebr. Missar. num. 15. Butri. nu. 11. Card. num. 14. Hostent. n. 17. Joan. Andreas numer. 5. quo casu Religiosi tenentur se conformate cum officio Clericorum secularium, ut voluerunt Rota & Gratian. Et ratio est, quia licet jungi non possint tamquam Prelati unius, vel alterius, possunt tamen jungi tamquam habentes exercitia extrinseca, veluti Curam Populi, ubi Ecclesia in simul esset Conventualis & Curata; de quo est tex. in c. 1. de Capell. Monach. quia hoc non repugnat; sicut nec repugnat esse in simul Cathedralium & Regularium. Vide latius Capram d. n. 28.

211 Quare non obstat tex. in dist. Clem. cum ratione, de elect. nam ille text. tantum disponit, homines disparis professionis, vel habitus, non debere in simul commisseri in eisdem Monasteriis; quod licet litera repugnet, & conveniat Clerico seculari pro rationem litteræ, non tamen prohibetur quando exercitium alicujus actionis ambobus tribuitur, ut Rota declaravit. Quare cum de Jure non detur repugnantia Cathedralitatis, in qua sint Seculares & Regulares, ut ex Zabate tradit Capra n. 9. latè Gratian. d. discep. 270. per totam, nec repugnantia in simul Officia celebrandi repedienda erit. Sed de hoc vide quo notavimus c. 31. de Elec. Cathedr. Regul. num. 78. cum leg.

212 Secundo fortiter obstat, Monachos nomine Clericorum non comprehendi, c. Si quis suadente, 17. q. 4. ubi volens Pontifex privilegium Canonis ad Monachos extendi, id expressè dicens: qui in Clericum vel Monachum violentas manus iniecerit, & confirmat Hieron. Episc. 2. & 3. ergo Monachis permitendum non est in simul psallere cum Clericis. Verum Respondetur, quod licet aliquando jura loquentia de Immunitate, sub nomine Clericorum loquantur, ut in c. Non minus, c. Adversus, de immu. Eccl. tamen alia loquantur sub nomine Ecclesiasticarum Personarum, quod generalius est, & Monachos comprehendit: ut in c. Quam Frances de Eccles. Cathedr.

quam, de Conf. in 6. c. Cleric. de immu. Eccl. eod. l. cum aliis in d. Suarez in defen. fidei. c. 29. n. 2. qui distinctionem notavit. Unde licet in d. c. 1. loquatur Pontifex per verbum Clericos, tamen in c. in nona, 16. q. 7. promiscuè iis verbis, Ecclesiasticos & Clericos, usus fuit; ex quo mens Rom. Pontificis, & sacrorum Canonum, expressè deducitur, extensionem faciendam esse ad Monachos; præcipue quia alio modo dicendum erat, prohibitionem Laicorum non extendi debere ad Ecclesias Monachorum, in quibus eadem rationes vigent, & alioquin eadem inconvenientia sequeretur; præcipue quia si ponderetur verba tex. in c. Duo, 1. q. 1. expressè inter Clericos, quoad ipsam statum, computantur Monachi; ut ex verbis infra referendis apparebit.

Sed tamen quia toties mentionem Laicorum fecimus, 214 investigate quid nomine Laici intelligatur non erit abs re; cum dicere, & non prius distinguere significata verbi, nihil aliud sit quam omnia confundere, & obscura relinquere ea de quibus questio est, prout sunt verba S. Maximi in disput. contra Pyrrhium apud Cyparistios, decade 104. c. 4. & relictis pluribus que circa hoc coacervari poterant, de quibus DD. in d. c. 1. de vit. & hon. Cleric. & in c. 1. de Cleric. coniug. in 6. quibus adde Cenedo cum pluribus in quest. Canon. 94. ex num. 15. cum sequen. distinguenda est disputatio de 216 Jure antiquo, vel de Jure novo; de antiquo vestimentis de privilegia concessa Clericis ad Conjugatos extendi, quia, lex eos non excludat: imò aliqua reperuntur, in quibus ex parte ad eorum uxores & filios protahabentur, de quibus in tit. de Episcop. & Cleric. in Cod. Justin. & Theodof. sed quia hoc parum utile est, ideò à nobis relinquuntur: ut prius judicavit, & fecit Suarez in defen. fidei. lib. 4. c. 28. in prin. 217 De Jure novo habenda dispositioem text. in d. c. 1. de Cleric. coniug. in 6. in quo disponitur, Clericos conjugatos si forsitan & vestes deserant, privilegium retinere tantum quoad duo, videlicet quoad Canonem, & quoad forum, ut conveniri debeat criminaliter coram Juce Ecclesiastico: quod declaratum fuit à Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 6. dicente; ipsos tantum his gaudere privilegiis, si cum unica eaque virgine contraxerint, atque habundat & tonsuram deserentes, alicui Ecclesie de mandato Episcopi inserviant: quod quomodo fieri debeat: latè explicat Cenedo in quest. Canon. d. q. 4. num. 24. Unde quoad assistentiam in Choro minime inter Clericos computantur, sed tantquam Laici habendi sunt: late Covar. in pract. c. 31. n. 9. Navar. d. c. 18. n. 73. Lessius de Inst. & lar. lib. 2. c. 6. nu. 51. Cenedo d. q. 4. ex num. 19.

Itaque Laici in presenti intelligitur omnis ille, qui vel sacris Ordinibus, vel saltem minoribus non est initiatus; quibus tantum permittitur locus in Choro ad psallendum, quia Clerici dicuntur qui Ordinem aliqueum, vel saltem primam Tonsuram acceperunt: Suarez in defen. fidei, d. lib. 4. de immu. c. 29. in prin. de Clericis majoris Ordinis nulla est dubitatio: de Minoribus constat, quia si Tonsuram & habitum deserant, indistinctè gaudent: c. Clerici, de Indic. tex. elegans in l. presbyteros, Cod. de Episcop. & Cleric. Covar. in pract. q. 3. 1. n. 9. licet enim conditionem à Concilio præscriptam, d. c. 6. alicui scilicet Ecclesie de mandato Episcopi inserviendi non habeant, omni privilegio gaudent, excepto Canonis: Barb. de univ. l. r. Eccl. l. 1. c. 39. §. 5. n. 15. & pluribus relatis in Collec. ad tex. in d. l. presbyteros, n. 2. quod etiam ex mente Ecclesie comprobatur, quo solùm est, Clericos conjugatos tamquam homines diversæ professionis excludere, non verò Clericos minorum Ordinum qui nuptias non contraxerunt: quæ mens servanda semper est in exclusione horum Clericorum: Rota apud Pennam dec. 719. num. 5.

Ex quo deducitur, Laicum conjugatum, cujus voluntate uxor ipsius in Monasterio professionem emisit, ac ipse sacris Ordinibus initiatus fuit, jam ab Ecclesia non ut Laicum reputari, sed ut Clericum: quia quoad usum & societatem matrimonii, uxor tamquam mortua est; & ideo in omnibus, Ecclesiasticis reputatur: ut voluit Suarez d. c. 28. nu. 3. ad quod probandum, est tex. optimus in c. Joannes, de Cleric. coniug. ubi Acolythum conjugatum ad Tonsuram cogere volenti Episcopo sic relictur Pontifex: Quoniam igitur



tate Christus representetur, qui est dator & conservator Charitatis, c. In scripturis, 8. q. 1. de quo dicitur, *Petra autem erat Christus*, & qui est *Lapis excelsus in montem*, & summus angularis lapis, c. *Fundamenta*, de elect. lib. 6. & *Lapidem quem reproboverunt edificantes, hic factus est in Caput anguli*: Psal. 117. Matth. c. 21. Fusc. de visit. l. 1. c. 21. m. 9. & de representatione Christi Domini per Altare, vide plura apud Lambert. de iure Patron. lib. 1. p. 1. q. 11. art. 8. m. 1.

138 *per totum, cum seeg. art.* Vel debet esse lapideum exemplo magni Patriarchae Jacob, qui erexit Lapidem in titulum, qui significat Mensam Domini, & illius Crucem; in super & ipsum Christum, per quem Sacrificia acceptantur à Deo, ut latè Gavan. in rub. Missa, p. 1. tit. 20. lit. M. Denique representat Sepulchrum Christi quod lapideum fuit: idè valde congruit quod ex ea materia exedificetur Altaria; & Ecclesia providè aliam materiam noluit determinare, quia vulgaris est, & de facili inveniri potest; durabilis & firma, qualis requiritur, ut firmam Consecrationem accipiat: S. Thom. q. 83. art. 3. ad 5. observat Suarez ubi prox. Fr. Hieron. Garc. in Polit. Regul. tract. 3. diff. 8. dub. 3. p. 1. m. 2.

139 Nec obstat quod antea in primitiva Ecclesia Altare erat ligneum, quod hodie observatur & custoditur iussu S. Silvestri, & erat illud in quo sancti Pontificis Sacra faciebant, quando proper persecutiones in cryptis & aliis occultis locis se abscondebant; quia hæc Altaria Crucem Domini significabant, illudque oportebat pro illo tempore, quando proper persecutiones non erat locus firmus ad sacrificandum: at verò pace Ecclesie restituta, constans & ex firmiori materia debet esse; ut benè docuit Suarez, de quo decreto Silvestri, & aliis, videndus Fuscus. diff. m. 9. Boet. d. tract. de Ecclesiast. antiq. in Commen. ad c. 1. de testam. c. 1. n. 16. & 17.

140 Sed dubitari potest, an in regionibus ubi materia petre non invenitur, liceat Altare ex lateribus, vel terra edificare, & in eo celebrare; quod reperitur in aliquibus partibus affirmat Bauny apud Garciam ubi proxime, n. 2. In qua questione dicendum est nequaquam peccari, sed omnino licitum esse; tum quia necessitas licitum reddit, quod aliis illa cessante non liceret: tum quia tacita indulgentia seu dispensatio præsumitur Romani Pontificis, cum non sit credibile ipsum velle Regiones illas tanto Sacrificio privari propter defectum materie: vide Garciam d. n. 2.

Hoc autem quod diximus Altare debere esse de materia Petre, non est intelligendum de tota mensa, sed sufficit quod illa pars quæ Ara dicitur sit lapidea, ita ut Hostia & maior pars Calicis super ea reponi valeant post Consecrationem; ex omnibus DD. quos sequuntur Fusc. Garc. & omnes superius citati ex decreto Concilii Moguntiaci in c. *Concedimus*, de pan. dist. 1. ut per Gavantum in Rub. Miss. tit. 20. lit. q. In quo nimis scrupulosè non debet ferre Sacerdos: sufficit enim quod majorem partem capere possit, & quod ita firma sit Ara, ut non subsit periculum cadendi: ita ex Communis DD. affirmat Suarez, & Garcia n. 3. Imò licet Constitutionibus Synodalibus prohibeatur, adhuc potest erigi ex quacumque materia, sive terrea, sive lignea, dummodo Ara sit Lapidea ex mente Congregationis; teste Barb. in Pastor. d. alleg. 27. n. 24. & de uni. l. 1. c. 7. n. 6. & in Collect. decis. Apostol. verbo *Altare*, n. 9. Garcia ubi supra, n. 2. quasi Tabula exhibeat Sepulchrum Domini, vel sanctum Reliquiarum Locum; & Lapis deserviat pro sigillo, ex eod. Barb. d. c. 7. n. 5. Illud tamen observari oportet, quod Ara debet esse ex una petra, non ex duabus simul junctis; quia sic Consuetudine receptum est, ad indicandam unam in Christo Personam: ut cum Vasqu. & Silvest. docet Bonac. d. tract. 4. de sacr. am. disp. 4. q. ult. p. 1. q. 9. prop. 2. n. 13.

147 Ara enim lapidea ad ariditatem dicitur, vel quasi Area plana, vel ab Ara quo in nomine Græcè *precatio* dicitur: de quo vide latè Gavant. d. tit. 20. lit. P. Insuper ista Ara jubetur includi, vel superponi Tabule lignæ, vel alterius materie Altaris, ita ut aliquantulum emineat, ad hoc ut Sacerdos de facili ejus limites distinguere possit: ex Azor. to. 1. l. 10. c. 27. q. 2. Gavan. ubi prox. lit. P.

Utrum autem Altare debeat esse consecratum? dubitari potest: In quo sub distinctione explicanda est materia: Nam primò constat antiquissimum esse usum consecrandi Altaria: de quo in c. *Altaria*, l. 2. de Consec. dist. 2. & pluribus Suarez supra, vers. 2. explicatur.

Secundò, in Ecclesia consecrata, consecratum debet esse Altare, argum. tex. c. *Nullus Presbyter*, c. *placuit*, de Consec. dist. 1. Barbol. d. c. 7. n. 12. & quod Ecclesia non potest erigi sine consensu Episcopi, nec in ea celebrari, priusquam ab eodem Episcopo consecrata sit, decidit in c. *Nullus Presbyter*, de Consec. dist. 1. c. *Nemo*, ead. dist. c. *Quamvis*, dist. 68. Fusc. d. c. 21. n. 12. Garc. d. tract. 3. diff. 8. dub. 3. p. 1. 1.

Tertiò, licet antiquitus non nisi unum Altare consecraretur, ut probatur in c. *Simotum*, c. *Nullus presbyter*, et 2. c. *Eccl. vers. Altaria*, de Consec. dist. 4. At ubi plura sunt in una Ecclesia, possunt simul consecrari, & aliquo partie Ecclesie dituto, si mota non fuerit mensa Altaris, nec fracta, non opus erit denuo consecrare, c. 5. & lignis 6. de consec. Eccl. vel Altar. Barb. d. c. 7. ex n. 8. ubi que ad 10.

Quartò, præcisè non est necessarium quod Altare sit consecratum, sed sufficit quod sit benedictum ritu proprio in Rituali Romano Pauli V. Gavan. d. rub. 20. lit. M. dummodo Ara que in medio ponitur, sit ab Episcopo consecrata: c. *Nullus presbyter*, de Consec. dist. 1. c. *In his*, c. *fin. de priu. l. 1. Lotter. num. 4. Gavan. d. tit. 20. lit. O. Garcia supra num. 3. Suarez ubi proxime, vers. 2. Tertio additur: ubi ex Damaso Papa in Epist. 4. Decret. taliter hoc reservat Episcopis, ut etiam Coepiscopi id prohibeat; licet Religiosis Societas Jesu in partibus remotissimis Infidelium hoc concessum fuisse à Paulo III. Anno 1549. nec non Dominicis, & tradit plures apud Garciam ubi supra n. 5. Consecratio autem fit ad inducendam Gratia pinguedinis, d. c. *Altaria*: Gavan. d. lit. O. Nec Episcopus hujusmodi potestatem alteri non Episcopo potest delegare, quia hæc Consecratio est Ordinis Episcopalis, non vero Jurisdictionis; ut optime docent Azor. inf. mor. tom. 1. l. 10. cap. 27. q. 6. Lotter. de benef. d. l. 1. q. 30. ex n. 22. ubi num. 24. observat id ordinario divina institutum esse, ex Dionysio de Eccl. Hierarchia, c. 4. & 5. Si autem scire velis quomodo consecratur Altare? vide Selvam de benef. p. 1. q. 9. ex n. 101. Azor. tam. 2. inf. mor. lib. 9. c. 4. & quomodo dicta Consecratio deficiat, c. 1. & 3. de Consec. Eccl. vel Altaris, ubi Barbol. in Collec. num. 1. & 2. Azor. supra: Sà in Aphorismis, verbo *Altare*: Lotter. ubi prox.*

Quintò & ultimò notandum est, tantam reverentiam iis Altaribus deberi, quod cubitè post Consecrationem Angelus à Deo cunctis detur: ut notatur in Præto spirituali, c. 4. & c. 10. à quo sumpsit Gavan. d. lit. O.

Ex quibus credo sumptum fuisse decretum, de quo in Concilio Senonensi, & postea in Mediolanensi 4. in quibus cavetur quod saltem Altaria maiora Parochialium debent consecrari, ut observat Carolus Novar. in repet. tex. in c. *Nullus Presbyter*, de Consec. dist. 1. & Gavan. sup. lit. q. & repetit p. 4. tit. 17. rub. 16. m. 12. ubi ex S. Aug. Sermon. 252. & 255. notat dari festum Dedicacionis Altaris, sicut festum Dedicacionis Ecclesie.

Ritum verò consecrandi Altare si quis scire cupiat? consulat citatos à Bonac. ubi proxime, num. 14. Ubi notandum omnino est quod antiquitus loca Altaria lapidea fixa consecrabantur, postea verò concessum fuit ut solæ Ara portatiles consecrarentur, que deservi possunt de loco ad locum, & in rigore Altaria non sunt; ut optime notavit Lugo de sacr. am. Euchar. disp. 20. sect. 3. n. 71.

Sed major difficultas est, utrum in altari consecrato, si ve in Ara que in Altari ponitur, requiratur Reliquia: In qua multi existimant illas adeo esse necessarias, ut quando deficerent, particula Hostie consecrate reponi deberet; ut voluit Durandus. Sed communitè reprobat; quia esset pervertere usum Sacramenti, destinatum juxta formam Ecclesie sanctæ Dei, ut voluit Fusc. num. 5. indecens præterea valdè & improbabile judicavit Suarez supra, paulò ante finem, absurdum, & contra reverentiam Sacramenti; Coninch de Sacram. q. 83. art. 3. dub. 2. num. 142. idem Lugo de sacr. am. Euchar. disp. 20. sect. 30. num. 75. Quare latus impro-

improbat à Diana p. 11. tract. 6. ref. 26. & ab Azorio inf. mor. to. 1. l. 10. c. 27. q. 9. & ita consultum Innocentium III. de consilio sibi assistentium respondisse non licere Corpus Domini recondi in Altari; refert Hostiensis in sum. de Consec. Eccl. vel Altar. cujus rei ea est ratio, quia Corpus Christi est cibis animæ qui non debet servari nisi ad ulum infirmorum, & refectionem animarum: unde quod dicitur, Leonem Pontificem dedisse in Consecratione partem Corporalis, & corporis Christi; auctorem non habet: ut omnia notavit Ricciulus Lucub. Eccl. lib. 1. c. 4. num. fin. de quo etiam vide plura apud Dianam resol. mor. par. 1. tract. 6. resol. 26. Et constat expressè ex eo; nam speciebus Sacramentalibus corruptis, jam ibi non esset Corpus Christi, propter quod particula Hostie consecrate poneretur: Ad quid ergo deserviret particula Hostie consecrate speciebus corruptis; Et ideo ad questionem respondens, Dico, duas esse opiniones DD. Altera affirmat, ut patet ex tex. in cap. placuit, de Consec. dist. 1. Et invenitur decisum in Concilio Africano cap. 50. & probatur ex can. 7. septima Generalis Synodi, ubi precipitur deponi Templum sine sanctis Reliquiis. Idem etiam statuitur in c. de fabrica, de consec. dist. 1. ibi, si in eo loco Consecrationis solemnitas debet iterari, in quo sanctuaria non sunt: quod & confirmat Pontificalem Romanum, ubi in Ecclesia & Altaris consecratione, præter cetera, Reliquias requirit. Propter quod hanc opinionem tenuerunt aliqui DD. in d. c. placuit, & in d. c. 1. de Consec. Eccl. vel Altar. & probatur ex oratione Ecclesie, quando Sacerdos post Introitum ascendit ad Altare, dicens: *Oramus Domine per merita Sanctorum tuorum, quorum Reliquie hic sunt, ut indulgere digneris omnia peccata mea, Amen;* que particula relinqui debet quando in Altari Reliquie non sunt, ut in aliquibus Codicibus antiquis reperitur notatum: teste Hugo. Aften. & Ange. quos sequitur Silvest. verbo *Altar. q. 1.* propter quas rationes ita tenet Azor. communiore dicens, ubi sup. q. 9. Joannes Baptista Signius tra. de Reliquiis c. 41. circa finem: Gavant. in Rub. Miss. p. 1. tit. 20. vers. ab Episc. consecratur: Duran. de Ritib. Eccl. l. 1. c. 25. n. 5. Leon. in thesaur. for. Eccl. p. 1. c. 5. num. 11. Praef. in præ. l. c. 5. n. 1. Petrus Greg. Tolos. Syn. tur. l. 1. 2. in fine, Ricciulus Lucubra. Eccl. contrarios refert p. 1. c. 40. m. 1.

167 Verum his non obstantibus, Contraria sententia probabilior mihi visa est, quam tenent omnino Fillicius tract. 5. c. 4. q. 9. num. 121. Coninch. d. n. 241. Suarez ubi prox. Lugo d. lect. 3. n. 75. Ricciulus supra, plures apud Dianam resolut. moral. p. 1. tract. 6. miss. resol. 25. ubi latè: qui omnes docent nequaquam inveniri tale præceptum, sed tantum requiri Consecrationem Episcopalem, & sancti Olei infusionem, cum asperione Aquæ benedictæ, & ceteris Ceremoniis: quibus consonat usus communis, qui in re tam gravi non toleraretur.

168 Nec obstat text. in d. c. *Placuit*; quia multipliciter respondetur. In primis enim talis Ecclesia non evenerunt in eo textu, quia Reliquie ibi non inveniebantur, sed quia in eis superstitiones febant; ut ibi probatur: & ideo præcipitur ut nulla memoria Martyrum struantur, nisi ubi certè sint Reliquie Martyrum, nec per errorum tales colantur: ut voluit Coninch. d. n. 241.

169 Secundò, quia si tale præceptum fuit, id habuit originem in odium hæreticorum, qui Imagines & Reliquias Templis eripiebant; quod hodie cessat, ac per consequens præceptum ut præter Coninch respondent Suarez, & Diana supra citari.

170 Tertiò, quia si aliquod præceptum fuit ab initio, jam cessavit propter multitudinem Temporum, & difficultatem inveniendo Reliquias cum illa certitudine que requirebatur, & ita tot Altaribus commode provideri non poterat; & idè jam abolitum fuit: ita præter Coninch & Suarez ubi sup. tenet Fillicius d. n. 121. Diana d. ref. 26.

171 Ex quibus de facili etiam responderetur ad auctoritates Conciliorum superius traditas: nam vel non obligabant, ut dispositio text. in d. c. *placuit*, vel abolita fuit hujusmodi obligatio.

172 Ad Canonem verò Concilii Generalis responderetur; quod ex eo quod in eo præcipitur Templum non consecrari sine

Reliquiis, non sequitur idem procedere in Altaribus, præterquam quod eadem rationes vident ac in Altaribus: ut latius Coninch sup. n. 241. vers. magis autem arguet.

Ad Oracionem verò qua Sacerdos vitur in ingressu Altaris, dum dicit: *quorum Reliquie hic sunt*, variè responderi potest. Et primò, hoc non tantum respicere Reliquias que in Ara vel Altari recondi possunt: verum etiam ipsam Aram consecratam cum Oleo sancto, quæ Reliquia dici potest in rigore. Nec obstat quod dici potest, non solum loqui de Reliquiis, sed de Reliquiis Sanctorum quæ ibi sunt: Nam hoc ad omnes Reliquias que quovis modo reperiantur refertur, prout in hoc exemplo, v. g. si aliqua pars Crucis Christi reperiretur, diceretur Reliquia, non Sanctorum, sed Sancti Sanctorum, ita Ara Reliquia Sanctorum appellari potest, etiam si aliam non obtineat.

Secundò responderetur, quod eo ipso quod ista Oratio dicitur quando non sunt Reliquie, ut supra tradidimus; sequitur quod non sunt de necessitate: nam si ipsæ necessitate essent, una Oratio propter hoc à sacrificio Missæ non tolleretur: imò hoc probat expressè id non esse de necessitate. Aliquando etiam sub Altari ponuntur Corpora Sanctorum, quæ idè Martyria appellantur; cujus rationem reddidit elegantissimè S. Ambrosius, qui dum Corpora Sanctorum Gervasii & Protasii transferret, ita loquitur: *Succedant vobis triumphales in locum ubi Christus hostia est; sed ille super Altare qui pro hominibus passus est, isti sub Altari qui illius sunt redempti passione: hunc ergo prædesinataverat amibis dignum esse enim ut ibi requiescat Sacerdos, ubi offerre consuevit.* Ad Laur. Bell. in repet. tex. in c. *Nullus mortuus*, l. 3. q. 2. in prin. n. 16. Et pluribus relatis Lotter. de re benef. l. 1. q. 30. m. 16. sed de hoc vide quæ dicemus infra, c. 16. de Capell. Eccl. Cathedr. ex n. 211.

Tandem & tertio responderetur, idè adjecta esse verba, *Et omnium sanctorum*, ut verificetur Oratio disjunctivè ad Reliquias quæ ibi sunt, vel ad illas omnium Sanctorum: ut respondet Diana d. resol. 26. qui etiam defendit, partem Corporalis loco Reliquiarum non esse substituendam: de quo etiam vid. infra. c. 16. n. 205.

Secunda Ecclesie pars dicitur *Chorus*, idè dictus, quia Clerici ibi orant, psallunt, & jubilant: juxta tex. in c. 1. de vita & honest. Cleric. & ab aliquibus *Sanctuarium* appellatur, teste Daniele de Nobilibus d. q. 60. n. 27. & est ea pars quæ in medio Navis, quæ *Gremium* dicitur, constituit; ubi Episcopus una cum Clero ad utrumque latus postus sedet: teste Clem. Rom. quem sequitur Baron. d. Anno 57. n. 123. & de hac Conseruetudine testatur Rota apud Coccinum dec. 142. in pri. qui locus postea mutatus pro temporum varietate reperitur, & ponitur à latere Altaris, vel retro ipsum Altare, vel in sublimi ut plurimum; præcipuè in Cathedralibus, retro ipsum Altare majus collocatur; si credimus Lotter. d. q. 13. n. 35. & seq. fess. in hoc ultimo loquitur more Patrie suæ; nam in Italia Chori Cathedralium reperitur, ut ipse testatur; at verò in nostra Hispania, medius in Ecclesia, morem antiquum sectando, conservatur; qui dicitur Consensio Cantantium, vel multitudine in sacris Collecta: Dur. in Ration. d. l. 1. c. 1. n. 18. Fusc. d. l. 1. c. 20. n. 2. Daniel de Nobilibus ubi sup. n. 27. Chorus enim, ut Polyf. Virg. de invent. rer. l. 6. c. 2. ait multorum vocibus constat, ita ut ex pluribus una reddatur, sicutque Concertus ex diffusionis: *L. cum eiusdem 34. ff. d. edil. edil. l. si Chorus 79. ff. de leg. 3.* & inde translative significat locum qui Clericos psallentes continet: c. *Cum dilectus de preben. & dignit. Valenz. d. con. 101. m. 4.* quare Chorus aliqui Presbyterium appellant; sed tempore Constantini Imperatoris, Flavianus & Diodorus adversus Arianos decertantes, in duas partes Canentium Choros dividentes, ex successione Davidicam melodiam canere docuerunt; idque primùm in Antiochia factum, postea in alias orbis terrarum partes propagatum, & à Damaso Pontifice confirmatum, ex Theodoro & Duran. refert Daniel de Nobilibus ubi prox. n. 16.

Dicitur autem Chorus à Chorea, vel Corona, quia olim in modum Coronæ circum Atlas stabant, & eo modo Palmos caneant; Dur. d. num. 18. à quo transcriptis Selva d. p. 1. q. 5. n. 34. Gavan. in Theosaur. sacr. ritu. p. 1. tit. 15. verbo



257 Restat modo tertiam partem Ecclesie exponere, que a Cancellis Presbyterii vertit ad Portam, ita ut tota tertia pars dicatur illa, que NAVIS Ecclesie appellatur, que pro Laicis reservata, & est receptaculum Laicorum divina Officia audientium, & orantium, factas item Conciones audiendo, c. 1. de vit. & hon. Cler. c. Sacerdotium, de Conf. dist. 2. teste Coccino d. decis. 142. Lott. d. c. 13. num. 39. Bato. d. Anno 57. num. 103. Daniele de Nobilibus d. disp. 60. num. 33. Ideo pro ipsis reservata, quia dilatio aedificii Templi materialis ipsis conceditur, quibus dixit Deus Gen. c. 8. Crescite & multiplicamini, & replete terram: ut refertur in c. Nuptie, 32. q. 1. Fulc. de Vist. lib. 1. c. 10. n. 6. in hac parte olim mares a feminis separati consuebantur, ex rationibus, de quibus supra: quem morem hodie etiam in Ecclesiis Gregorum servari testatur Fr. Lodov. Granat. in Compendio Doct. Christ. c. 18. §. 1. fol. mibi 158. quo citato, sequitur Cenedo d. Colled. 45. ad Decret. n. 2. & quotidie, licet non in totum, servatur in Italia, ubi in Corpore Navis est locus separatus, qui Cortinis clauditur, in quo feminae includuntur, & ibi separata Verbum Dei audiunt in Concionibus: Masculus vero tota pars ejusdem Navis pro Concione & ceteris functionibus reservata manet: quod ex eo originem duxit, secundum Bedam, quia Joseph & Maria puerum JESUM dereliquerunt, quilibet eorum putans illum, quem secum non cernebat, cum altero esse: ideo non solum separantur, sed & etiam Viri in excellentiori loco ponuntur, ut femina cognoscat suum Caput. Vide plura per Durand. in Ration. lib. 1. c. 1. num. 46. & de antiquo more hujus separationis, eo modo quo in Templo Hierosolymitano observabatur, vide etiam plura apud Baron. d. Anno 57. ex num. 123. In qua parte si Laicorum scamna fuerint, eaque moderati convenient, ad Episcopum spectabit ex decreto Sacrae Congreg. Rituum, quod refert Barb. de Canon. c. 34. num. 22. Sedes autem permitti non debent, ex text. in c. 2. de Custod. Euchar. ut observat Fulc. de Vist. lib. 1. c. 27. per totum: ubi monet hunc abutum tollendum esse ab Episcopo in spiritu lenitatis, & mansuetudinis; non vero asperè, dure, vel modo imperioso, sed potius exemplis docendo, & monendo, quam minando; ita ut quando pietas non vincit, ad flagellum deveniendum sit, exemplo Christi, Matth. 21. Joan. 2. ut etiam optime ait Speculator tit. de recusat. part. 1. vers. qualiter autem debeat fieri recusatio, n. 5. & 6. Consilio autem, inquit, quod eum blandis verbis alloquaris, & omnibus modis honestis quibus poteris, eum tibi favorabilem facias; nam verbis homines flectuntur, quod citat infra, tit. de Advocat. §. hinc docendum: vers. deinde. Et ideo facultatem retinendi scamna & sedes non possunt habere, quia ex gratia Episcopi pendet: ut observat Belletus d. quest. Cleric. part. 1. tit. de favor. Cler. reali, §. 2. n. 3. nisi fuerit legitime adquireta: per ea que pluribus docet Lara de Annivers. & Capella lib. 1. cap. 24. num. 20. & 21. ex Paris. conf. 194. vol. 4. Rebuff. tract. in quib. caus. secu. cogn. post. nu. 33. quicquid contrarium observetur in Protegibus, quibus id licitum est hodie, non verò Senatoribus vel Judicibus, etiam Præsidentibus, in absentia Protegis officium exercenti: de quibus videndus Solorz. in politica Indian. lib. 5. c. 3. vers. pero en questo pag. 77. An verò competat Laicis pro eis manentio contra Episcopum, vel Rectorem; dicas quod non: licet contra alios contrarium procedat, ex late congestis ad Diana, quem omnino videas, & plures citat p. 10. tract. 16. & 6. miscell. resol. 64. per totam.

265 Hec verò trina divisio Templi materialis ad tres pertinet status Fidelium, & Officiorum in Ecclesia: Prima ad ipsius Ecclesie perfectionem spectat, juxta illud Apostoli ad Eph. 4. Dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam Prophetas alios Evangelistas, alios Pastores & Doctores. Secunda pertinet ad necessitatem aedificium necessarium in Ecclesia: propter quod opus est diversos homines ad exercitium ipsarum deputari, ut omnia sine confusione fiant; juxta Apostoli preceptum ad Rom. 12. Sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem altum habent, ita multi unus Corpus sumus in Christo. Tertia denique divisio pertinet ad dignitatem & pulchritudinem Ec-

clesie, que in quosdam Ordine consistit: unde Regina Sabba 3. Reg. 20. videns sapientiam Salomonis & habitaculum servorum, ordinemque ministrantium, non habebat ultra spiritum: que varietas in membris Ecclesie accipitur pro differentia statuum, prout sunt alii perfectiores, ut Latius Theodosius de Rubenis in respon. pro Ecclesia Montis Regalis, apud Gratian. disp. 298. ex nu. 17. Insuper hac trina Ecclesie divisio, triplicem statum salvandorum denotat, Virginum, Continentium, & Conjugatorum: quare Presbyterium strictius est Choro, & Chorus Navi, quia pauciores sunt Virgines, quam Continentes, & hi pauciores quam Conjugati; ideo sanctius est Presbyterium Choro, & Chorus item Navi; quia dignior est Ordo Virginum, Continentium Ordine, & hic est præstantior Ordine Conjugatorum: ut post Hugon. & Dur. in Ration. lib. 1. c. 1. num. 14. observat Daniel de Nobilibus d. disp. 60. num. 34.

Circumcirca insuper à duobus lateribus reperitur Altaria, de quibus frequens mentio reperitur apud antiquos Patres, ut videre est ex decreto Conc. Carth. 5. cap. 14. & ex Terrull. Ambr. Hieron. & Sozomeno tradit Bozz. de signis Eccles. lib. 1. c. 16. sign. 71. post med. ubi refert Conc. Gang. c. ut. Nicen. ait. 3. Carth. cap. 14. Brachar. 3. p. c. 5. de quo etiam plures citat Suarez tom. 3. q. 83. art. 5. disp. 81. sect. 5. in prim. Crespe. in summa Eccles. discip. verbo Altare, fol. mibi 20. Lott. supra num. 44. Baron. n. 105. que Sepulchra dicuntur Martyrum, c. 16. d. num. 105. S. Anton. in 3. part. Summe, tit. 12. c. 16. Unde Felix I. Pontifex maximus, qui fuit vigesimus quintus post B. Petrum, & anno Domini 272. Pontificatum gessit, insinuit, supra Memorias & Sepulchra Martyrum Missas celebrari, ut in eius Vita refertur, & tradit Fulc. lib. 1. cap. 21. num. 15. Quare S. Hieron. lib. contra Vigilantium, dicit tumulos Martyrum, quibus Christi Altaria: quia nimirum sub Altaribus in quibus Martyri dicuntur, Corpora Sanctorum collocari solebant. In quo etiam confundi non debet Altare cum Martyrio: Martyrium enim quicumque locus ubi Martyrum Reliquie reconduntur nuncupatur, ut constat ex text. in l. generalis, ubi Glos. verbo Martyrium, l. decernimus, Cod. de sacros. Eccles. ad verbo Ecclesia, vel Capella aedificatur in memoriam Martyris, & ibi ponuntur Reliquie, ideoque Martyrium, sed non ex propria significatione vocatur; licet postea similiter appellata fuerint Martyria, omnia loca, que memorie & sacris cineribus alicujus Martyris erigebantur, ut ex Eusebio observat Lotter. ex numer. 46. usque ad 48.

Convenienter etiam decretum fuit, ut Corpora Sanctorum inclusa Altaribus reponantur, quasi pro quodam consortio; ut ubi mors Domini in sacrificio Missæ quotidie celebratur, ibi sepeliuntur Corpora eorum, qui propter nomen illius extincti sunt; & sub Sacramenti ejus mysterio requiescant: ut notavit S. Aug. serm. 73. in Appen. de divers. Gavan. lit. O. quare Altaria, in quibus alicujus S. Martyris Corpus seu Reliquie non erant, extra Ecclesiam fabricata demoliri jubentur in c. Placuit, de Conf. dist. 1.

Ex quibus detestanda omnino & comprimenda est audacia multorum, præcipue Laicorum, quorum vanitas in tantum excrevit, ut etiam fines hujus vite transgrediantur, & post mortem duret, & corpora sua ac sepulchra infra ipsa Altaria collocare præsumant; quorum indiscreta devotio seu vana temeritas multis Conciliis prohibita fuit, teste Rota apud Pennam decis. 154. num. 2. & 3. ubi Annotationis Fratris mei alias decisiones adducit, & gravissimis exemplis, Domini indignatione, castigata reperitur horrendis supplicibus; de quibus vide S. Greg. in Miraculis Patrum: Laur. Bellis in repet. tex. in can. nullus mortuus, 13. quest. 2. Cresp. in Sum. Eccles. discip. verbo sepultura, paulo post principium: & Episcopum hoc non repræsentem, mortem repentina castigatur invenies apud S. Greg. in Dial. lib. 4. c. 6. ubi de Episcopo Brixienfi testatur: & de hac materia latius Selva d. q. 5. ex num. 57. & 105. Sed de hoc vide que dicuntur inf. cap. 17. de Cometariis: vide aliud mirabile Exemplum ex S. Gregor. Turon. apud Bellis sup. 2. p. nu. 25. Ideo-

Idèoque iustissimè decretum fuit, Altaria nequam posse consecrari, sub quibus sepulta manent corpora aliorum mortuorum, quæ amoveri præcepit, utrumque jubens, Sacra Congregatio apud Barbof. in Pastor. d. alleg. 27. ex aliis ab ipso allegatis in Collect. Decret. verbo Altare, num. 2. & de univ. hor. Eccel. d. c. 7. n. 18. per tex. in d. c. placuit, c. Non oportet, de conf. dist. 1.

230 Quibus postea, antiquitus variis modis fabricabantur Altaria. Alia enim concava fiebant, exemplo illius quod traditur Ezech. c. 13. quod in Altare Dei fossa erat, ne holocausta supposita ventus dispergeret: ad quod vide Selvam d. q. 5. num. 67. sunt verò alia firma seu stabilia, de quibus passim DD. superius citati, & plures apud Barbof. de univ. hor. Eccel. lib. 2. c. 7. num. 3. & in Pastor. alleg. 27. num. 24. & 281 hac debent esse lapidea, ex decreto Conc. Hipponen. relatum in c. Altaria, el primo, de conf. dist. 1. & alius apud Suarez ubi proxime, in totum videlicet, quando tota Mensa ex lapide fit, ut passim videmus; & tradit præter supra citator Fr. Hieron. Garcia in Summa moralis, de las excolemias del Sacerdocio, dida. 3. in prim. vel possunt esse lignea, vel terrea, sive ex alia materia quoad partes remotiores, dummodo pars proximior & principalior sit Lapidea, quam vulgò Aram vocamus; ut præter communem usum tradit supra, vers. Dicendum ergo, Barbof. par. 2. alleg. 17. numer. 24. & de Univ. hor. Eccel. lib. 2. cap. 7. post prim. ubi declarationem sacre Congregationis adducit; videndus & ipse in Collect. ad text. in dist. c. Altaria.

283 Licet autem non repugnet Altaria esse lapidea, vel terrea, modo quo supra explicavimus; tamen repugnat quod ex alia materia quam ex lapide structa possint consecrari; stante expressa prohibitione text. in dist. c. Altaria: que si in Ecclesia consecrata erigantur sine auctoritate Episcopi permittendum non est, ex Sylvestro verbo Altare, 284 numer. 2. Azor. part. 1. lib. 10. cap. 27. quest. 6. Gavan. in praxi Vistat. Episcop. verbo Altare, num. 1. si enim in Ecclesia consecrata Altaria sine licentia Episcopi aliquis erigere præsumpserit, si Clericus est, degradatur; Laicus verò anathematizatur: c. Nullus, 25. de consecr. dist. 1. Lotter. sup. num. 41.

285 Hinc sumpta est illa differentia, de qua passim omnes Doctores de hac materia tractantes agunt, dividentes Altaria, ut aliud sit firmum, aliud portatile: de firmo habitus, de portatili nunc pauca dicemus. Est autem portatile Altare quod de loco ad locum mutari potest, nec firmum vel stabile edificatum est, de quo in c. In his, de priv. c. fin. eod. tit. lib. 6. quod debet etiam esse Lapideum, ex d. c. Altaria, & ex una parte, non ex duabus invicem junctis; sic enim consuetudine introductum est, ad inducendam unam in Christo personam; ut ex Vasquez & Sylvest. tradit Bonac. dist. disp. 4. de Euchar. quest. ult. punct. 9. prop. 1. num. 23. Quare quotiescumque Ara ex uno loco ad alterum deferretur, ibi celebrari potest, quod in firmo non procedit, nam ablata forma per Mensam superiorem, ipsius destruitur consecratio. In fractione verò illud videndum est, an etiam huius distinctione procedat? nam fractio Altari firmo seu stabili, si forma perseverat, itidem etiam consecratur: at verò in portatili, etiam quod forma perseveret, quotiescumque major pars Calicis & Hostia contineri non potest, destruitur: quod omne arbitrio Episcopi relinquatur: ut Barbof. late cum pluribus dist. cap. 7. ex num. 19. & Suarez ubi supra, vers. Tercio additur: Fillucius dist. tract. 5. quest. 5. numer. 121. Coninch. supra, num. 240.

290 Forma verò materialis Altaris, nulla certa requiritur ex præcepto Ecclesie, sed communis usus quadratam seu quadrangularem figuram admittit; quia aptior est ad Sacrificium: ut voluit Suarez dist. sect. 5. vers. 2. explicatur in Conclusionem.

291 Tandem illud notandum est, quod omnia hæc Altaria, sive firma sive portatilia, excepto principiore, de quo supra specialiter tractavimus; pro libito in quancunque partem erigi possunt: neque unquam preceptum fuit quod versus Orientem erigerentur, nec de istis firmi Consuetudo:

ut notavit S. Thomas 2. 2. q. 88. art. 3. Suarez ubi proxime prope finem, Fillucius d. tract. 5. quest. 5. num. 123. quod aliter se habere non poterat: nam si in qualibet parte Ecclesie, & in quocumque latere licet Altare erigere, necessarium sequitur non posse omnes Orientem respicere; cum si una pars illum respiciat, alteram necesse est aliam mundi partem respicere.

Poteram hic disputare quomodo violetur Altare? & an fracta Capsula ubi Reliquie sunt, Altare profanatum sit, itaut in eo celebrari non possit? Sed quia id totum in Doctores superius adductis passim invenitur, ne transcripseris nomen assumam, ad ipsos me refero, paucis supra relatis contentus.

Inveniebantur præterea olim in Ecclesia plura, que varios habent significatus: & primò duo Pastophoria constructi consueverunt, de quibus mentionem faciunt S. Clemens lib. 1. Const. c. 61. que Secretaria appellat Paulinus Epist. 12. de quibus Baron. n. 105. Pastophorium enim verbum Græcum est, & idem significat quod Pastophori domicilium; unde in Esdra sic legitur: Exurgens Esdras in Pastophorium Ionathe, & hospitatus ibi non gustavit panem neque aquam. Sumitur ergo à Pastophoro, qui erat Sacerdos factus sanctus Ægyptiorum honoratior ceteris; & ad verbo Pastos quod idem Græcè idem significat quod Pallium, modò etiam Thalamum nuptialem, nonnumquam etiam Conjugii locum, in quo Sacerdotes epulari solebant, teste Calepino d. verbo. Inde Christiani pami fumentes originem, idem in Templis nostris facere consueverunt, & illum locum Thalamum, seu interius Cubiculum appellabant: teste S. Hieron. in Ezech. c. 4. Baron. d. n. 105.

Ex quibus etiam innoxiat Consuetudo Romani Pontificis, ut quotiescumque exiit ad Castellam publicam, antequam in publicum procedat, habet intra palatium suum, Cubiculum quoddam interius, paratum cum Ornamentis Pontificalibus, quibus indutus progreditur tanquam sponsus procedens de thalamo suo: exemplo illius quod tradit S. Hieron. super Isaiam, dicens; quod Pastophorium est thalamus in quo habitat Præpositus Templi: idemque dicit super Ezech. c. 40.

Ex his etiam de facili intelligitur locus Breviarii Romani, sub die 12. Martij, ubi in Lectionibus S. Gregorij, ait sepultum esse in Vaticano prope Secretarium, id est prope interius Cubiculum, quod est Secretaria: nam sepulchrum istius magni Gregorij à latere portæ Sacrificie in quodam Altari honorifice collocatum est: de quo vide c. 20. de Sacrificia in principio.

Unde similiter Pastophorium etiam sumitur pro Tabernaculo sanctissimi Sacramenti, ex eod. S. Clem. l. 3. Const. Apost. c. 13. quod ad formam Columbe fabricabatur tempore S. Basilii: de quo vide Gavan. in rub. Missar. p. 2. tit. 2. n. 2. lit. G. Alia plurima in nostris Ecclesiis reperuntur, de quibus latissime Baron. sepè citatus. Sed quia nostrum institutum in præsentem non est, singula, que inveniuntur in Ecclesiis, proponere; sed tantum formam substantialem, explicare; ideo consulo omittimus plura, suis locis relinquentes; specialiter enim tractandum est alibi de privilegio fontis Baptificalis, & de his que specialiter competunt circa administrationem Sacramentorum in Cathedrali, ubi hoc tractabimus, & sic de ceteris.

Sed quia divisione Ecclesie respectu partium exteriorum, diximus eas consistere in Porticu & Atrio, pauca notare libuit: licet enim totum hoc, usi ab otioso fuisse, sublata necessitate istarum partium, visum fuerit Lotterio sup. n. 19. tamen Baron. d. n. 103. non ita judicavit; ideoque de his partibus egerunt aliqui Doctores. Atrium ergo sive Porticum antiquus mos fuit in amplissimis aedificiis donorum fabricari, & erat locus medius qui inter fores & domum relinquebatur, & ab aliis Vestibulum nuncupabatur, teste Virg. 2. Æneid. dum dicitur Vestibulum ante ipsum, primoque in limine Pyrrhus. Excultat telis, & luce coruscant abena.

Etimologiam fumentes ex eo quòd Januam vestiat, quòd à Dea Vesta nomen accepit, teste Ovid. 6. Fastorum, dicente:



Hinc quoque Vestibulum dicitur, unde precamur, Quam famur vestium, qua loca prima tenet.

302 Vide Lovdov. de la Cerda tom. 2. in Virg. 2. *Eneid. vers.* 470. vulgo vero Vestibulum, Atrium appellat Gellius *Noct. Attic. lib. 16. cap. 5.* dicens, *Animadverti enim quosdam haudquaquam indoctos viros opinari, Vestibulum esse partem domus priorem, quam vulgus Atrium vocat:* Etymologiam sumens ab Atriatibus Etruriae populis, quia id genus aedificii in ea Provincia fuerit institutum, teste Varrone *lib. 1. de ling. Lat.* in quo tria habitacula reperiebantur, videlicet Vestibulum, locus Sportularum, ubi proponebantur eo die quo danda erant, & Culina: de quibus vide *Calepin. verb. Atrium, & verb. Vestibulum.* Quare Atrium hoc, partem esse Ecclesiae merito iudicavit Rota *decisi. 197. in novis*, quam sequutus fuit Lauren. Belis *in repet. text. in can. Nullus mortuus*, 13. *quest. 2. part. 2. num. 38. vers. Sepulchrorum.*

303 Porticus etiam similiter est locus amplus & spatiosus, tecto inclusus propter repentinos imbres, & umbrae ac ambulationis causa aedificatus: teste Cicero *ad Atticum lib. 4. In Campo Martio*, ait, *septa tribus Comitibus marmorea sumus & tecta facturi, eaque cingemus excelsa porticus.* Quod etiam Territorium, & aliquando etiam Tabernaculum appellatum fuit, si credimus eidem Cicero *2. Tuscul.* sed hoc late sumpto vocabulo; nam Tabernaculum proprie dicebatur apud Vocales domus Portatilis, quam in Caltis ponebant milites adversus Solis, tempestatisque injurias; de quo est locus *Casaris lib. 6. de bello Gallic.* dicens: *Hic diffusus suae, ac omnium saluti, inermis ex tabernaculis prodit.* Et factus illud *Judic. c. 20.* dum ingressum sanctae foeminae ad Holofernem demonstrat: & de hoc Tabernaculo videndus Bellarm. *Psalm. 14. vers. 1.* & quae dicemus *c. 16. de Capellis, in princ.*

308 De hac Porticu dicitur *Joan. 10. vers. 23.* quod ambulabat Iesus in Templo in Porticu Salomonis: Ex quibus sumentes principium, in aedificiis nostrarum Cathedralium Porticus & Atrium fecere Majores: quod ad institutum spectant Atria, dicuntur Claustra, seu Porticus ante Ecclesias positae: nam per medium earum in ipsas ingredimur: de quibus intelligendus est *Psalmistae locus Psalm. 64.* ubi dicitur: *Beatus quem elegisti & assumpsisti, inhabitabit in arvis tuis*, ita ut Atrium pro Palatio Principis sumatur, & pars pro toto; ut explicat ibi Bellarm. *vers. 4.* Cujus usus antiquus maxime viguit, ut hodie etiam plura vestigia reperiuntur: teste *Fulc. lib. 1. de vis. cap. 11. num. 3.*

311 Similiter etiam de Jure Civili invenitur hujus Porticus mentio, & dicitur eodem modo locus cooperatus de super, & ante, quo pacto accipitur text. *in l. quod conclave*, ubi *Barr. ff. de dam. infect. & in l. cetera, §. Hic Senatus, ff. de l. 1. Capola in tract. de serv. urb. praed. c. 44. n. 3.* Quod etiam

312 Conclave dicitur, ut patet ex text. *in d. c. Quod Conclave*, juncta Gratiani *discep. 678. num. 2.* & 3. Cujus rei significationem docet *Fulc. d. c. 11. num. 4.* dicens, per Atrium significari Christum, per quem intratur in illam Coelestem Jerusalem: & Porticus eandem esse significationem, notavit Duran. *in Ration. d. l. 1. c. 1. n. 20.*

314 Verum de necessitate nequaquam in Ecclesia requiritur Atrium: nam sicut de essentia domus non requiritur, cum ex solo pariete & recto fabricetur, lege Civili, ex solo & superficie *ff. de solut. l. qui res, §. Aream, ff. de rei vindic. l. Afflic. decisi. 392. n. 12.* ita neque de essentia Ecclesiae: ut advertit *Fulc. n. 2.*

315 In eis vero Judicia secularia non debent exerceri, quia partes sunt Ecclesiae; & ideo ista negotia secularia ibi tractari, tolerare non debet Episcopus; cum Ecclesia gaudeat omnimoda immunitate: late *Fulc. supra ex numer. 7.*

316 Haec vero Atria & Porticus pro sepultura olim Laicorum deserviebant: nam *legibus 12. tabul.* homines in Urbibus sepeliri prohibebantur, cujus prohibitionis mentio habetur *in l. 3. §. Divus, ff. de sepulc. violat. & in l. Mortuorum, Cod. de Relig. & sumpt. funer.* Initio tamen, & in primordio Christianitatis Coemeteria pro Cadaveribus sepeliendis in-

stituta fuerunt, propter prohibitionem sepeliendi corpora in Ecclesia; de qua est text. *in cap. Praecipendum, cum seq. 13. quest. 2.* cujus rationes tradit Turrecrem. *ibi, Laur. Bel. latissimè in cap. Nullus mortuus*, 13. *quest. 2.* Deinde dignitatis causa in Atrio fere Porticus humari coeperunt, ex eodem text. *in Cened. collect. 46. ad Decretum, num. 1.* In Ecclesiis vero minimè permitteretur: *l. nemo Apostolorum, Cod. de sacros. Eccles.* sed postea honor istius sepulturae intra Ecclesiae ambitum Ecclesiasticis, & aliis sanctissimis Viris permittitur: *d. can. nullus mortuus*: latissimè *Joan. Bapt. Afinius in l. 2. §. In locum, ff. de relig. & sumpt. funer. num. 19. & 72.* Postea vero id omnibus indistinctè permittitur: quod non temerè & sine causa factum esse tradit *Cenedo supra, num. 2.* Barboz. *in Collect. ad text. in d. c. Praecipendum*, 13. *q. 2.* sed quia hoc latius Deo dante, cum de Coemeteriis Cathedralium agemus, tractabitur *c. 26. idè summarie tenigile sufficiat.*

Unum vero omittere nolo, quod in hujus rei consequentiam, & in Ecclesiae obsequium magnus ille & Eminentissimus Dominicans Familiae splendor, cujus tanta fuit scientia & auctoritas, ut ejus scholius Angelicus Thomas (si fas sit dicere) illustrior evaserit, & Thomas à Vio Cardinalis Cajetanus sepeliri voluit ante fores Ecclesiae Dive Mariae super Minervam in urbe Roma, ubi in quodam perexiguo lapide Arma ejus sculpta manent, in cujus circulo legitur, Thomas à Vio Cardinalis Cajetanus: in tumulo autem sequentia verba leguntur: *aliorum inanes evitans fastus hoc in loco condit mandavit*, de cujus laudibus, hujus humilitatis causa, videndus *Laur. Belis in repet. text. in d. can. nullus mortuus*, 2. *part. 1. 3. quest. 2. numer. 61.* Exemplum suae humilitatis nobis relinquens, & vanitatem aliorum non solum scripsit suis, sed etiam factus carpens, usurpans sibi illud quod S. August. *in Psalm. 63. vers. 2.* ait de Passione Domini: *Parum ergo erat Dominum hortari Martyres verbo, nisi firmaret exemplo.*

Si vero omnium, quae in Ecclesia reperiuntur, veluti Pulpiti, fenestras, tecta, pavimentum, & aliorum significationes addicere velis? Consule *Dur. dist. lib. 1. cap. 1. ex num. 6. 10. 14. cum sequen. Selvam dict. quest. 5. ex num. 32. & 40. cum plur. seqq. D. Anton. in summa, 3. part. tit. 12. c. 1. Fulc. d. par. 10. num. 6.* latissimè *Franciscus Sarmatino in Theatro Sacerdotali*, 3. *part. paulo post principium.*

Sed & supradictis addere libet, quod licet de Jure, Ecclesia, Benedicta dicatur, Basilica vero, Consecrata; ut late *cap. 15. de variis nominibus Eccl. Cathedr. num. 108.* notavimus; tamen loquendo praeside de Cathedralibus, licet consecratae non fuerint, tamen intelligi dubium non est: quod ex eo deducitur; nam in omnibus fere constitutionibus Apostolicis tam antiquis, quam modernis, in calce earum reperitur, quod ut ad omnium notitiam pervenire possint, in Basilicis S. Joannis in Laterano, & Principis Apostolorum de Urbe publicari jubentur; ut notavit *Itala de immu. Eccl. lib. 1. c. 5. §. 5. num. 35.* inter quas tantum illa S. Joannis in Laterano consecrata erat, cum S. Petri Basilica, usque ad Annum 1626 ab Urbano VIII. qui sub die 18. Novembris eam consecravit, ut Brevarium Romanum canit in eadem solemnitate ab ipso Urbano reformatum, & in secunda Lectione secundi Nocturni recitari praecipit, sub his verbis: *Eandem Basilicam vetustate jam pridem collabentem, ac propterea multorum Pontificum pietate latius ac magnificentius a fundamentis erectam, Urbanus VIII. eadem die recurrente anni millesimi sexcentissimi vigesimi sexti solemni ritu consecravit.*

Et hic dicta sufficiant de forma & structura Ecclesiarum Cathedralium: nam licet in eis plura reperiatur specialia, quae aliis Ecclesiis etiam conveniunt, veluti Diaconia, Gremium, & alia; ea tamen non pertinere adeo specialiter ad nostrum institutum, ut Tractatum de illis facere oporteat; quare si eorum omnium originem & significationem scire desideres, consule praeter dictos *sup. nu. 322.* Hieron. Thom. *in tract. de las Republicas, lib. 4. de la Republica Christiana, per totum.*

CAPUT VI.

De causis erigendi novas Cathedralis.

SVM MARIVM.

Causae erigendi Cathedralis sunt utilitas vel necessitas, 1. Causae erigendi Cathedralis arbitrariae, 2. Pendent à Romani Pontificis voluntate, 3. Papa potest supra Jus dispensare, 4. In his quae vult servit pro ratione voluntas, 5. Nullus reperitur qui possit Papa dicere, cur ita facis, 6. Ecclesiarum Cathedralium erigendi, sine mutatio, & alteratio numquam stabili, 7. Mutatio Ecclesiarum non est contra Jus divinum vel naturale, 8. In Jure positivo Papa habet plenissimam potestatem, 9. Concilium generale sine Papa non habet suam potestatem nihil facere potest, 10. Papa non potest tollere Ordinem Episcopalem, 11. Nec facere alienationem universalem Ecclesiae, ibid. Papa potestas limitatur in his quae decolorarent statum Ecclesiae universales, 12. Papa solus potest Jus auferre unius Ecclesiae, & alteri tribuere, 13. Causae efficientes Episcopatus & Cathedralis, est Papa, 14. In erectione Cathedralium Papa potestas absoluta, 15. Papa in quibus non potest dispensare, 16. In unione non fit alienatio, sed bona transeunt de una Ecclesia in aliam. Irregularitas semper remanet in Ecclesia universali per erectionem novae Episcopatus ex dismembratione alterius, 18. Ecclesiarum Territoria quomodo subsint Papa, 19. In beneficiis amplissima Papa potestas absoluta, 20. Per separationem vel dismembrationem non fit iniuria Ecclesiae universali, & quare, 21. Papa Deum habet Iudicem in malefactis, non alium, 22. Papa non tenetur causam facti exprimere, secus inferiores Praelati, 23. Papa potest erigere Cathedralis nulla servata Joris forma, 24. Ex urbanitate committit erectionem novae Cathedralis, 25. Praesumitur erigere Cathedralis ex motivo spirituali & pio effectu, 26. Concedere Ecclesiae alii Ecclesiae quare prohibetur Episcopo, 27. C. Tua nuper. de his quae fiunt à Praelat. interpretatur, ibid. & seq. Episcopus quibus concurrentibus potest unire beneficia & Ecclesias, 28. 30. Alienatio quare non fit unio à Pontifice facta, 29. Gratia potest esse perpetua, & alienario eontra, 30. Cathedralis nova erectio, divisio appellatur, 31. Ludovicus Romanus reprobat, 32. C. Decimas, 16. q. 1. interpretatur, ibid. Voluntas Principis de necessitate nullis legibus subiacet, sed de honestate tantum, 33. Papa in dubio censetur uti Jure communi, 34. Prius solet facere quod alii imperat, & quare, 35. Discretionis usus in Papa circa potestatem refertur ad Iudicium externum, 36. Potestas non valet cui non adscribitur bene operandi voluntas, 37. Non est satis bene velle, nisi studiamus bene facere, 38. Princeps qualis praesumatur, 39. Papa loquitur tanquam os Dei, cuius delegatus est in Terra, 40. In sententiis, Juri ordinem servare non tenetur, 41. Princeps non praesumitur Jura velle tollere, 42. Principi seculari quando deneganda potestas, 43. Plena potestas appellatur potestas peccandi, 44. Papa nunquam praesumitur aliquid facere sine causa, 45.

Numerus populi quando est causa erectionis novae Cathedralis, 46. & seq. Ecclesia Tolosana quare divisiva in plures, 47. Sine Deo nihil fit, 48. Cathedralis quare erigantur, 49. Princeps qui per se omnia videt, laudatissimus, 50. Populus nimis desians per unum Praelatum non potest gubernari, 51. Ex distantia praesumitur ignorantia, 52. Episcoporum nomina, quibus in Jure denominantur, 53. Numerus Praelatorum qualis debet esse, 54. Subditorum vultus inspicere utilisissimum, 55. & seqq. Index vultus testis debet videre, 56. Pastor vultus pecoris inspicere debet, 57. Si vultus inspicitur, vultus curatur, ibid. Dilatatio civitatis non est causa erigendi novam Cathedralis, 58. Quomodo gubernandum hoc casu, ibid. Haec erectiones ex hac causa annullantur, 59. Dilatatio Dioecesis quando est causa erigendi novam Cathedralis, 60. Potest esse causa plures erigendi Cathedralis, 61. & seq. Propter multitudinem multa sunt, quae aliam non fierent, 64. & seq. Roma excrevcent novam Romam edificavit, 65. Electio propter multitudinem, & distantiam quando ab alio fiat, 66. Episcopis longè degentibus tardius Limina visitare conceditur, 67. Cum Episcopis longè agentibus dispensatur in Confirmatione faciendâ à R. P. 68. Propter diffusum patrimonium pupilli novus Tutor datur, 69. Distantia quos effectus operetur in Jure, 70. Substitutus quo casu debeat Episcopo dari, 71. Moyses propter multitudinem populum gubernare non poterat, 72. Episcopus quo casu dispensatur in visitatione annali, 73. Episcopus bis in anno visitare potest, 74. Negligens visitare per Archiepiscopum compellitur, 75. Vitales visitationis Episcopalis, 76. In Ecclesiis inferioribus sufficit unus Presbyter, secus in Cathedralibus, 77. 80. Parochialis plures potest habere Presbyteros, 78. Parochialis quare de Rectore novo providetur, 79. Plures Sacerdotes quare in Cathedralibus ponantur, 80. Erectiones Cathedralium crescente populo quomodo faciendae, 81. Numerofitas ex quibus sumatur, 82. 85. Distantia locorum Iudicis arbitrio relinquitur, 83. 98. Cathedralis propter nimiam distantiam in Metropolitanas eriguntur, 84. Mores populi, non numerus, considerandi in nova erectione, 86. In dismembratione attenditur numerus populi, 87. Distantia respectu subditorum, causa erectionis, 88. Propter distantiam silent leges, 89. In Hispania electio Episcoporum quare Toletano attribuita, 90. Nova Parochia erigenda cause, 91. Distantia damna in administratione cure spiritualis, 92. Distantia quae sufficit ad novum erigendum Episcopatum, 93. Si per alium modum suppleri potest, non est erigendus, 94. Parochia nova non est erigenda, si addendo Ministros gubernari valet, 95. Si intra Parochiam adest Oratorium ubi Sacramenta administrantur, non est nova erigenda, 96. Episcopi numerofitate vilescunt, 97. Situs commodior est causa mutandi Cathedralis intra eandem Dioecese, 99. Non est causa novam Cathedralis erigendi, 100. Excrevcentia reddituum est causa novae Cathedralis erectionis, 101. 106. Item